G

D. GOTTLOB CHRISTIANI STORR

DISSERTATIO EXEGETICA

IN

LIBRORVM N. T. HISTORICORVM

ALIQVOT LOCA.

PARS ALTERA.

TVBINGÆ
APVD BORNIUM
MDCCXCI.

Matth. II. 1.

Vixdum Bethlehemi natum fuisse Jesum, cum Magi advenirent, temere quidem *Casaubonus* (Exercit. II. ad *Baronii* Annales §. X. p. 133. ad Anni I. num. XIX) ex aoristi γεννηθέντος usu & vi conclusit, sed aliis de caussis tamen videtur nobis (cf. Diss. I. not. 57), quod res est, arbitratus esse. Ipsa enim narrationis series & continuatio docet, *propterea* Jesum a Magis *Bethlehemi* fuisse repertum (v. 8. ss.), *quod* ex prædicto *natus fuerit Bethlehemi* (v. 4—6), nihilque ergo intercessisse inter natales eius & Magorum adventum (v. 1), cur extra locum natalem quærendus fuisset. Quod si vero hoc intervallo Hierosolyma iter fecisset (Luc. II. 22), Bethlehemi a Magis inveniri potuisset, *non quod ibi natus fuisset* (Matth. II. 1. coll. 4—8), sed alia de caussa, ob quam parentes eius vel Nazaretho (Luc. II. 39) Bethlehemum rediissent, vel in ipso statim itinere, Hierosolymis Nazarethum habito, Bethlehemi substitissent aliquamdiu (v. perill. *Michaelis* in l. c. p. 380. & b. *Bengelii* Harm. §. 7—10. not. 6. p. 55. ed. 2.) Praeterea nihil est, quod comminiscamur eiusmodi caussam aliquam. Concedamus enim profectioni Magorum ex Arabia felice totidem, quot celeberr. *Michaelis* (ad Matth. II. 1. p. 12) postulat, seu XC dies. Num idcirco *primis vitæ Jesu diebus* Hierosoly-

ma venire nequiverint? Nequiverunt profecto, si stellam ipso die natali Jesu, *non prius*, viderunt. Id vero secus esse potuit, etiamsi phænomenon aliquantisper in illam partem interpretati fuissent Magi (cf. l. c. p. 15). Deinde fatemur, profectionem in Ægyptum (Matth. II. 14. ss.), quamvis non admodum longam (v. celeberr. *Hessii* Gesch. der drey lezten Lebensjahre Jesu T. I. p. 51), *puerperæ* saltem ejusque *tenero* filio gravem fuisse. (v. perill. *Michaelis* l. c. p. 13. & *Basnagii* Annal. politico-eccles. T. I. p. 126). Sed iisdem alia quoque evenerunt (Luc. II. 4-7. cf. *Michaelis* p. 370. s.), non minus gravia, & in periculoso itinere confidere licuit Deo, cuius extraordinario iussu (Matth. II. 13) motum fuerat. Ad confirmandam sententiam suam, etiam Ven. *Schulzio* (Anmerkungen über des Herrn Geh. Justizrath *Michaelis* Anm. für Ungelehrte zu seiner Uebers. des N. T. P. I. p. 16) probatam, celeberr. *Michaelis* (ad v. 1. p. 13) præterea utitur hac ratione, quod Herodes, *Josepho* auctore, supremis XL diebus vitæ omnino absfuerit Hierosolymis, ubi (v. 1—7) tamen *intra illud tempus* (Lev. XII. 2—4) a Magis conventus fuerit necesse est, si quidem vita *ante* excessisse perhibeatur, *quam Jesus* a parentibus ex Ægypto reversis (Matth. II. 19. ss.) *in templo sisteretur* (Luc. II. 22). Verum enim vero non ita exploratum nobis videtur, quod sumit perill. *Michaelis*, *Basnagio* (l. c. p. 127) consentiente. Cum enim aquila aurea de templi porta magna deturbaretur, auctores facinoris, haud dubie perpetrati in urbe, ubi templum fuerat, a tribuno Herodis statim (ευθεως, v. *Jo-*

v. *Josephi* L. I. de bell. iud. c. 33. §. 3. T. II. p. 140) capti & ad regem ducti fuerunt (l. c. §. 2. 3. p. 139. f. L. XVII. Antt. iud. c. 6. §. 2. 3. T. I. p. 843. f.), qui igitur *praesens tum adfuit Hierosolymis.* Neque etiam, si moratus ipse fuisset Hierichunte, dici a *Josepho* (l. c. §. 3. p. 844) potuisset εκπεμψαι εις ιεριχουντα. Caussa vero, quamobrem duces facinoris vinctos *Hierichuntem mitteret*, quamvis non Hierichunte, sed in urbe (κατα την πολιν, cf. L. I. de bell. iud. c. 33. §. 2. p. 139), ubi templum esset (l. c. §. 2. 3), h. e. Hierosolymis vixissent, illa fuisse videtur, quod Hierichuntem ipse cogitaret ibidemque loci vellet plecti reos, postquam, convocatis ante discessum proceribus eius sine dubio ipsius, quae de facinore conscia esse potuisset (cf. L. XVII. Antt. c. 6. §. 3. 4. p. 844), Hierosolymitanae igitur, civitatis, de contemtione sui conquestus fuisset in concione. Ex quo autem Hierichunte supplicium de captivis sumsit, illico (cf. L. I. de bell. c. 33. §. 4. 5. ενθεν. p. 140) morbus ei tam vehementer auctus est, ut thermas Callirhoënses adiret, sed eventu adeo infelice, ut, reditum Hierichuntem (l. c. §. 6. p. 141. L. XVII. Antt. c. 6. §. 5. p. 845. f.) maturatum fuisse, haud profecto incredibile sit, reducem vero mox altera hebdomade ibidem decessisse (l. c. §. 5. C. 7. 8. §. 1. p. 846. ss. L. I. de bell. c. 33. §. 6—8. p. 141), nec *Basnagius* infitiatur. Fac, quaeso, Magos paulo ante istum tumultum, quem Judas & Matthias civitati iniecerunt, Hierosolyma venisse. Quid igitur obstat, quo minus Herodem invenire potuerint

Hierosolymis? Et quamquam *Basnagio* atque *Bengelio* (l. c. not. 3. p. 53) facile consentimus, graviter tum iam ægrotasse regem ex aliquo tempore (v. *Josephum* L. XVII. Antt. C. 6. §. 1. p. 842), iter tamen simulate polliceri (Matth. II. 8) non minus potuit, quam re ipsa facere. Atqui post tumultum Hierosolymitanum, qui Magorum adventum continuo excepisse nobis videtur, Herodem ostendimus iter habuisse Hierichuntem, lecticula (cf. *Josephum* l. c. §. 3. p. 844), si aliter non posset, eo delatum. Ceterum huic ipsi tempori, quo tyrannus, morbo tandemque etiam tumultu Hierosolymitano exasperatus, tanto impotentiore ira & acerbitate *in quemlibet* (εις παντα, cf. *Grotium* ad Marc. IX. 49.) utebatur (v. *Josephum* l.c. §. 1. p. 842), illud quoque flagitium in primis convenit, de quo Matth. II. 16. memoria extat. Cum porro Josephus de morte Herodis non demum ex rumore ad Ægyptios perlato, sed divinitus cognoverit (v. 19. f), in terram Israeliticam (v. 21) & in ipsam urbem Hierosolymitanam (Luc. II. 22) pervenire prius potuit, quam Archelaus, post obitum parentis Hierichunte aliquamdiu moratus, metropolin attingeret (v. *Josephi* Antt. L. XVII. c. 8. §. 2—4. p. 848. f.) Quamquam, ipso Archelao præsente, tuto (cf. perill. *Michaelis* p. 13) Jesus in templo sisti potuisset, quia necem infanti, cuius exitum Herodes quæsiverat, primo saltem illo tempore, quo patre melior videri tantopere affectavit (v. *Josephum* l. c. §. 4. C. 9. §. 1. f. p. 849. f.), machinari Archelaus nequaquam ausus fuisset, etiamsi præ-

sen-

ſentiam Jeſu in urbe reſciviſſet extemplo. Illud potius incredibile videtur, ante Magorum adventum, etiamſi a natali die Jeſu longiori intervallo diſiunctus fuiſſet, rumores de vita Chriſti (Luc. II. 17. ſ.) ad ſuſpicacem Herodem, exploratoribus profecto haud deſtitutum (cf. Ven. *Heſſium* l. c. p. 49), neutiquam (cf. Matth. II. 3) tamen dimanaturos fuiſſe. Etſi vero tum, cum Joſephus ex Ægypto in terram Iſraëliticam (v. 20. 21), in eaque nominatim Hieroſolyma veniret, nihil ipſi metuendum erat ab Archelao, quem ex teſtamento patris 1) Judææ imperare (Matth. II. 22), Hieroſolymis acceperat: ſuum tamen iter, quod, lege Moſaica iubente (Luc. II. 22—24), usque Hieroſolyma perrexerat, iniuſſu Dei terminare in Judæa, & Bethlehemum, unde aufugerat, h. e. (Matth. II. 1) in Judæam redire (απελθειν v. 22. 2) cf. Ex. IV. 19. Gen. XXXI. 13) ex itinere, ſedem-

1) Hactenus certe *imperavit* Archelaus, tametſi, quod *Basnagius* urget, voluntas regis defuncti a Cæſare nondum rata fuiſſet habita, quumque non dubitaverit vulgus de confirmatione Cæſarea (v. *Joſephi* Antt. L. XVII. C. 8. §. 2. 4. C. 9. §. 1. p. 848. ſs.), rumor, ad parentes Jeſu allatus, hic ſaltem potuit eſſe, Archelaum *imperaturum eſſe* Judææ. Atqui præſens βασιλευει Matth. II. 22. nec ab hoc ſignificatu abhorret. (XXIII. 34. XXIV. 40. ſ. coll. Luc. XI. 49. XVII. 34-36. cf. Notit. hiſt. epp. ad Cor. interpr. ſervientes not. 183. p. 98).

2) Verbum הלוך (v. *Schultenſii* Opp. min. p. 330. ſ. ad Hoſ. IX. 6) ipſumque απελθειν (v. Sir. XIV. 19), quo græca Matthæi verſio utitur, in hanc ſententiam interpretari liceret: „timuit Joſephus, ne (cf. Sir. XXIX. 7. cum 1 Macc. XII. 40) ibi (in Judæa) *interiret*." Sed maluimus tritiorem ſignificationem tenere.

ſedemque ſtabilem (cf. Matth. II. 23) in novi domini regno capere, Joſephus omnino dubitare poterat, dummodo conſideratior fuerit vulgo των οιομενων τας πρωτας των ημερων τας διανοιας εμφανιζειν των παριοντων επι τοιαςδε αρχας, quæ *Flavii* verba ſunt l. c. C. 8. §. 4. p. 849. Cum denique pauperculum Mariæ ſacrificium (Luc. II. 24) argumento eſſe volunt *Basnagius*, *Moldenhawerus* (Anw. wie die von den vier Evangeliſten aufgeſezte Nachrichten nach der Zeitordnung auf einander folgen p. 19) & alii, datis Magorum muneribus (Matth. II. 11) ſacrificium illud anteceſſiſſe, probare ante omnia debebant, Mariam *tantis* muneribus donatam fuiſſe, ut, facto inde ſumtu ad moleſtias itineris (v. 14—21) minuendas, ex pauperibus exemta ſibi deberet videri.

II. 16. Infantes filii, quos Herodes perimi iuſſit, celeberr. *Michaelis* iudice (in verſione loci citati & in Annott. p. 21), unum ipſum 3) annum nati, partim etiam ætate inferiores erant,

3) Non omnes intelligi, quotquot ſecundum ætatis annum egerint, ſed eos ſolos, qui alterum annum agere nuper admodum cœperint, primumque vix exceſſerint, calculus oſtendit, in Annotationibus ſubductus. Pone enim, ſublatos duntaxat e medio fuiſſe eos quoque pueros, qui præter annum integrum trimeſtre ſpatium exegiſſent, Horum igitur numero compenſatus fuiſſet numerus eorum, qui recens demum, poſt ſtellam a Magis viſam, nati fuiſſent, ſicque *integra* certe ſumma maſculorum infantum, Bethlehemi quotannis in lucem edi ſolitorum, interemta fuiſſet. Ceterum fides Matthæi contra *Joſephi* ſilentium a celeberr. *Michaelis* (l. c. & Einl. in die göttl. Schriften des N. B. p. 50 ed. 3) itemque a Ven. *Eckermanno* (Theol Beytr. P. I. p. 36) egregie defenditur.

erant, exemtis tamen iis, qui post aliquanto nati fuissent, quam stella conspecta fuisset a Magis. Jam facile quidem concedimus, vocem διετους, quam non de spatio duorum annorum, sed de *ipsis infantibus* 4) accipiendam esse, celeberr. *Fischerus* ostendit (in Prolusionibus de vitiis lexicorum N. T. p. 49. ss), non eos modo significare, qui duos annos compleverint, sed cum illis etiam communicari, qui secundum annum agant (v. *Knatchbulli* Anim. in LL. N. T. p. 3. s.). Verum dubitare licet, an umquam ita usurpetur, ut *separatim a reliquis*, qui propius absunt a bimatu completo, ad eos *solos* pertineat, qui secundum annum modo sint ingressi. Deinde non est verisimile, suspicacem Herodem nihil metuisse, ne forsan a Magis conspectum phænomenon invisi pueri natalem diem *præsignificaverit* citius quam designaverit (cf. *Knatchbullum* l. c. p. 4. s.), aut, si nullus ejusmodi timor incesserit, truculentum hominem, qui multo ante stellam visam natis pueris haudquaquam pepercerit, religiose tamen cavisse, ne frustra unus aut alter puerulus trucidaretur, cujus natalis dies incidisset in tempora, phænomenon illud insecuta. Nobis verba græca: *απο διετους*

και

4) Nempe διετους non pro διετους χρονου dictum putari debet, quæ ellipsis temere sumitur, sed pro genitivo *neutrius* διετους (cf. celeb. *Fischerum* l. c. p. 50. not. 55) habendum est, qui, ut κρειττονος (Ebr. VII. 7) & similia (cf. infra ad Luc. XVI. 15), pro *masculino plurali* ponitur. Et ipsum quoque *pluralem* vocis εξηκονταετης (Lev. XXVII. 3) usurpari videmus a LXX. interpretibus Lev. XXVII. 7.

και κατωτερω, latine ſic reddenda videntur: quotquot erant *infra biennium*. Præivit hanc verſionem *Caſtellio*, eamque firmavit ſimilium loquendi formularum analogia, ut harum (1 Sam. XX. 21. ſ.): ממך והנה (*απο σε και ωδε*), ממך והלאה (*απο σε και επεκεινα*), quæ ſic vertendæ ſunt: *citra* te, *ultra* te. Sed & ipſa dictio noſtra reperitur 1 Par. XXVII. 23. ubi verba *απο εικοσαετες και κατω* ſignificant Iſraëlitas, *minores viginti annorum*, unter zwanzig Jahren, quemadmodum ipſe *Michaelis* vertit. Illos ex contrario, qui v. c. *annum viceſimum exceſſiſſent*, frequentior formula: *απο εικοσαετες και επανω* Num. I. 3. 18—45. *annis ſexaginta*, ut aliud exemplum ſubjiciamus, *majores* homines (cf. perill. *Michaelis* Moſ. Recht §. 124. P. II. p. 358) formula *απο εξηκονταετων και επανω* Lev. XXVII. 7. ſignificat. Ætas vero, quam diximus, *accommodate ad tempus, e Magis exquiſitum*, finita fuiſſe perhibetur, quatenus e tempore, quo ſtella primum conſpecta fuerat (Matth. II. 7), judicare licebat, regem natum inter pueros *teneriores* eſſe, non inter majores natu. Ceterum iræ moderationem & temperantiam eam, quæ diligenter viderit, ut a cædibus, ad propoſitum aſſequendum non ſimpliciter neceſſariis, parceretur, nemo facile tribuet tyranno, hoc præſertim tempore 5), ut *Joſephi* verbis (L. XVII. Antt. jud. c. 6. §. 1. T. I. p. 842) utamur, *ακρατω τη οργη και πικρια εις παντα χρησαμενω*. cf. Ven. *Heſſium* l. c. p. 53.

III. 1.

5) v. ſupra ad Matth. II. 1. & perill. *Michaëlis* ad v. 16. p. 21.

III. 1. Cum hebraiſmus, per quem 6) formula εν ταις ημεραις εκειναις uſurpatur de tempore, quamvis remoto ab eo, cujus ante (II. 22. 23) mentio facta fuerat (v. b. *Dathium* ad Ex. II. 11), ex uſu pronominis demonſtrativi *infinito* 7) pendeat; non audemus ſtatuere, hanc loquendi rationem, quæ unum & idem ſonat, atque latinum: *quodam tempore*, *aliquando* 8), ab ipſo libri principio penitus abhorrere. Quapropter Viro docto, qui verbis, unde orſum eſt tertium Matthæi caput, ad ſuperiorum αυθεντιαν confirmandam nuper uſus eſt, accedere dubitamus, niſi forte voculam δε, quæ tamen abeſt a pluribus libris, argumentari aliquis velit. Sed aliæ rationes ſuppetunt, quibus veteres auctoritates, de capitum controverſorum fide tantum non conſentientes, firmare licet. (v. über den Zwek Joh. p. 271). Quos in contrariam partem b. *Strothius* 9) protulit (Repert. für bibl. u. morgenl. Lit-

6) v. *Krebſii* Obſſ. e Fl. Joſepho ad h. l.

7) Veluti Luc. XII. 45. ο δουλος εκεινος non eſt ο πιστος και φρονιμος, de quo v. 42. dictum fuerat, ſed *quidam certus* ſervus, Act. X. 10. εκεινοι non ſunt οδοιπορουντες illi v. 9. ſed *certi* homines, qui cibum parabant Petro. cf. Apol. der Offenb. Joh. p. 325.

8) Ex hac ſignificatione factum eſt, ut formulæ εν εκεινω τω καιρω, quæ idem valet, ac noſtra, locus eſſet Matth. XII. 1. quamvis ſuperiora XI. 2. ſſ. alio, eoque *ſeriori*, tempore eveniſſent (über den Zwek der evl. Geſch. Joh. p. 316). cf. b. *Dathium* ad Gen. XXXVIII. 1.

9) cf. ill. *Eichhornii* Allg. Biblioth. der bibl. Litterat. T. II. p. 674. 919.

Litterat. P. IX. p. 144. ss) testes, iis vel ipse non ausus est multum tribuere (p. 151. l), vel temere confisus esse videtur. De Marco (p. 144. s.) & de evangelio Hebræorum (p. 150. s.) alias diximus (v. über den Zwek Joh. p. 272). Lucam vero in vita Jesu exponenda non (l. c. p. 360. s.) Matthæo, sed Marco (l. c. §. 58), usum fuisse, narrationum, quas cum reliquis duobus communes habet, ordo, non, ut *Strothius* (Rep. p. 145) autumat, cum Matthæi dispositione, a qua Lucas plurimum recedit, sed cum Marci collocatione exquisitim consentiens (über den Zwek Joh. p. 299—324), clare ostendit. Neque etiam Lucas Matthæi illas tantum narrationes silentio transiit, quæ *Strothio* (Rep. p. 147. ss) in suspicionem venerunt, sed complures alias (v. c. Matth. XIII. 24—30. 36. ss. XIV. 22—28. 32—XV. 11. 15. ss. XVIII. 23. ss. XX. 1—16. 20—23. XXVI. 6-13), quas nemo propterea ex Matthæo expunxerit. *Tatianus* quidem, si *Theodoreto* (Rep. p. 150) fides est, *Matthæi* genealogiam harmonia sua (über den Zwek Joh. p. 370) exclusit, sed una quoque alteram (Luc. III. 23. ss) genealogiam omnesque locos omisit, qui Jesum referrent in numero posterorum Davidis. An igitur hæc omnia non legit? Quod si vero suis opinionibus (cf. b. *Walchii* Hist. der Kezereien P. I. p. 433) duci se passus est in locis evangeliorum, quos invenit in libris suis, vel retinendis vel abjiciendis, etiam tum, quum Matthæi genealogiam repudiavit, non testimonium dixisse, sed dogmatico decreto serviisse putandus est. *Celso* præter historiam de Magis

(Rep.

(Rep. p. 152) præcedentem quoque genealogiam, quamvis ejus diſtantiam ab altera apud Lucam exprobrare neglexerit, omnino cognitam fuiſſe, eadem verba, quæ b. *Strothius* l. c. ſed in alieniſſimam ſententiam, attulit, aperte declarant. Neque enim ſolum γενεαλογησας τον ιησυν απο τυ πρωτυ φυντος (ab eo, qui primum ortus eſt, a primo *homine*, in quam partem *Origenes* quoque *Celſi* verba L. II. §. 32. T. I. Opp. p. 228. accepit, non a primo *Judæorum rege*, quod *Strothius* ſumit), ſed & γενεαλογησας απο των εν ιυδαιοις βασιλεων (l. c. p. 226) memoratur. Hic vero *Matthæus* eſt (I. 5. ſs), quemadmodum ille *Lucas* (III. 38) habendus eſt. Unde exiſtimare licet, nulla eſſe etiam reliqua argumenta, quæ *Strothius* (Rep. p. 152. ſ.) ex *Celſi* ſilentio contra certos Matthæi locos collegit. Ut enim την διαφωνιαν των γενεαλογιων, quamvis lectarum, notare prætermiſit, ſic alia quoque capita, quamvis reperta in Matthæo, vel conſulto præterire vel non reminiſci potuit. Quum denique p. 153. ſs. dubitatio *Fauſti*, ſcientis videlicet ac integri critici (v. perill. *Michaëlis* Einl. in die Schriften des N. B. p. 9. ſs), locique 1 Tim. I. 4. nova interpretatio, nulla profecto, ut parum dicamus, neceſſitate (cf. Ven. *Fleiſchmannum* in l. c. not. 17) obſtringens, urgetur, nihil opus eſt longiore reſponſione. Si quis *generalia* etiam argumenta, quæ *Strothius* ſuſpicioni de primo & ſecundo capite aliisque nonnullis locis Matthæi inducendis l. c. p. 99. ſs. præmunivit, examinare voluerit, ei commendanda eſt Ven. *Thieſſii* Diſſ. de evangelii Matth. integritate

interpolando non corrupta. Helmſt. 1782. maxime §. III. IV. cf. über den Zwek Joh. §. 67. f.

IV. 1—11. Quam ſuperiore anno (Diſſ. I. p. 9. ſ.) in celeb. *Thaddæi* interpretatione notavimus difficultatem, eam nova ill. *Eichhornii* expoſitio (Allg. Bibl. T. III. p. 283. ſs) declinat quidem (l. c. p. 292. ſ.), ſed aliam non minorem incurrere videtur. Non immorabimur diſputationi, an omnino cadat in Jeſum, rerum inviſibilium notitia ante omnes, quamvis maximos (l. c. p. 285), viros inſignem & incomparabilem utique (Joh. III. 11—13. 31. ſs. VI. 46), illa animi ægritudo, quam inedia (Matth. IV. 2) tandem contraxiſſe, & qua ſic conturbatus fuiſſe perhibetur (p. 284—286. 291), ut præſentiam diaboli temere imaginaretur. Ille ſaltem metus (Matth. XXVI. 37. ſs), quem eruditiſſimus Auctor p. 285. teſtatur, non vanus, ſed a veriſſimi incommodi (v. 42. XX. 18. ſ. 22. Joh. XVIII. 11) expectatione profectus erat. Ne illud quidem urgebimus, tentationes diabolicas non a Marco ſolum & Luca (l. c. p. 284), quorum diſſenſu (Diſſ. I. p. 10. ſ.) celeberrimi Viri hypotheſis (Allg. Bibl. l. c. p. 283) certe non commendatur, ſed ab ipſo etiam, quem Vir doctiſſimus ſe profitetur (p. 284) ſequi, Matthæo (IV. 1) ad univerſam commorationem in ſolitudine referri, itaque vel intra dies quadraginta, *fame nondum* (v. 2. coll. Luc. IV. 2) *orta*, Jeſum a diabolo jam fuiſſe tentatum, vel maximum certe momentum commorationis in deſerto loco & præparationis ad munus obeundum ſpectantis (l. c. p. 283) in illo

πειρασθηναι ΥΠΟ ΤΟΥ ΔΙΑΒΟΛΟΥ positum fuiſſe, nec vero ad præparandum muneri Jeſum momenti quidquam habere potuiſſe ægrotationem animi, per errorem ſomniantis de diabolo. Sed fingamus tantiſper, ſumtionem, a noſtris ſenſibus longiſſime abhorrentem, in perſonam Domini convenire. Ne ſic quidem conſtare videtur hypotheſis. Nulla enim cauſſa perſpicitur, quamobrem Jeſu in ipſa ſolitudine (l. c. p. 292. ſ.), ubi quidem famis ſenſus & lapides oculis objecti (l. c. p. 286) ad cogitationem, Matth. IV. 3. expreſſam, deducere potuiſſent, non Hieroſolymitana urbs univerſe (cf. p. 287), ſed nominatim το πτερυγιον τȣ ιερȣ (v. 5.) obverſatum fuerit, ejusque animum tam valide affecerit, ut ad ipſum illum locum perveniſſe ſibi videretur (p. 288), aut quare mundanum regnum non animo tantum contemplatus fuerit (p. 287), ſed & putaverit (p. 288), quamvis loco non motus (p. 292. ſ.), aſcendiſſe ſe in montem excelſum (v. 8). Alterius & tertiæ imaginationis (v. 5. ſ. 8. ſ.) nulla talis externa anſa deprehenditur, qualis primam phantaſiam (v. 3) genuiſſe dicitur. Deinde, ſi verſiculus 11. eodem modo intelligendus eſt, quo ſuperior (v. 3. ſs) narratio, quod concedit ill. *Eichhornius* (p. 289), miniſtrantes ſibi angelos non minus videre ſibi viſus eſt Jeſus, quam antea diabolum ſomniaſſe dicitur (p. 285. ſ. 291.). Ergo *tranquillatus* animus Domini, (id enim mentio angelorum ſibi velle perhibetur p. 288. ſ.), aliter quidem & ſuavius, ſed nihilo tamen minus *ſomniaſſe*

putan-

putandus eſt, quam fame perturbatus & æger (p. 284—286). Apoſtolis denique, unde rei memoria poſteritati propagata eſt, Jeſus certe non continuo, *dum in* opinabili *illo ſtatu extraordinario verſabatur*, de rebus in ſolitudine geſtis expoſuiſſe cenſendus eſt. Unde igitur factum eſt, ut Jeſus ne verbo quidem ſuos moneret, opinione ſolum, in qua per imbecillitatem aliquantiſper fuerit, non ad veritatem cum diabolo rem ipſi fuiſſe, vel apoſtoli eorumque auditores (cf. über den Zwek Joh. p. 265—271), quamvis rei veritatem tenuiſſent, conſpirarent tamen ad unum omnes (Matth. IV. 3—11. Marc. I. 13. Luc. IV. 3—13) ad formulam quamque (v. c. *δοκεῖν* XXIV. 37. Marc. VI. 49) diligenter fugiendam, quæ rem ipſam, prout vere geſta erat, patefacere poſſet? Jam probe quidem ſcimus (Obſſ. gr. p. 14), *putative*, ut cum ill. *Eichhornio* (p. 288. 290) loquamur, nonnulla intelligenda eſſe. Sed narrationis, illa ratione loquendi non ſemel atque iterum, ſed per longam verborum ſeriem (Matth. IV. 3—11), ne ullo quidem tropi indicio adſperſo, pertenaciter utentis, exemplum, quod non ipſum controverſum, ſed evidens atque exploratum ſit, omnino deſideramus. Et quid tandem, ſi iſta concedantur hiſtoricis, pro certo ſumere licebit, non pro opinato? Quo jure, ut proximo exemplo utamur, cum ill. *Eichhornio* (p. 283. ſ.) ſumemus, Jeſum *vere* in loco deſerto commoratum fuiſſe? Quidni *viſus tantum fuerit ſibi* profectus eſſe in ſolitudinem & XL. dies ibi tranſigere (v. 1. 2), quemadmodum opi-

opinione ſolum in urbem & montem profectus fuiſſe (v. 5. 8) dicitur?

c. V—VII. Orationis montanæ cohærentiam nunc certe (cf. T. II. p. 352. ſ.) admittit ill. *Eichhornius* (T. III. p. 294), quamvis eam non conſenſui partium nativo, ſed coagmentantis Matthæi artificio propterea (p. 295) tribuat, quod, præter querelam de partibus diſſipatis, aliæ quædam cauſſæ T. II. p. 351. ſs. allatæ fuerint, cur laudata capita pro continuo ſermone haberi nequeant. Jam facile quidem damus (v. über den Zwek Joh. §. 64), Matthæum in collocandis narrationibus majorem ſæpe argumenti, quam temporis rationem habuiſſe. Inde vero non ſequitur, ut diverſiſſimorum temporum hiſtorias & orationes, quarum aliam alii propter vicinitatem argumenti *ſubjicere* omnino potuit, *in unam* quoque *& eandem* (Matth. V. 1. 2. VII. 28. VIII. 1) *narrationem conferre* nullus dubitaverit. Parabolas c. XIII. non uno tenore, ſed intercapedine factā (l. c. p. 320), populo propoſitas fuiſſe, ipſe Matthæus ſignificat (v. 10—18. coll. Marc. IV. 10. 34), ceterum non undecunque a Matthæo decerptæ, ſed eodem certe tractu temporis dictæ fuerunt (Matth. XIII. 3. 34. 53. Marc. IV. 2. 13. 33. ſ.). Neque hanc viam & rationem docendi ſapientiæ Domini alienam (cf. Allg. Bibl. T. II. p. 352) fuiſſe, in Diſſ. de parabolis Chriſti (§. X) oſtendere conati ſumus. Quod Matthæus ſolus (cf. Allg. Bibl. p. 354) longio-

rem illam orationem (c. V—VII) in ſuos commentarios retulit, id proprio hujus auctoris conſilio (Diſſ. I. p. 13) tribuimus, certo loco unum aliquod inſigne ſpecimen doctrinæ Jeſu proponendi, quum contra Marcus & Lucas non ſingulare aliquod caput de doctrina Jeſu (über den Zwek Joh. p. 300. f.) conſtituiſſent, ſed rationem docendi, qua uſus fuiſſet Jeſus, pluribus ſpeciminibus, chronologia duce exhibendis (l. c. §. 63) paſſimque igitur dividendis, illuſtrare voluiſſent. Nihil porro obſtat (l. c. p. 347), cur non ſæpius eadem Jeſus dixerit, conſentiente ipſo Ven. *Pottio* (cf. Relat. Tub. 1789. p. 318), quem ill. *Eichhornius* l. c. p. 354. defendit. Quamquam igitur iis, quæ in oratione montana legimus, ſimilia paſſim per aliam occaſionem dicta fuiſſe reperimus, minime tamen efficitur, ea montanæ orationi a Matthæo demum intexta, non ab ipſo Domino incluſa fuiſſe. Accedit, quod eædem ſententiæ, ut in oratione montana (V. 29-32), apud *ipſum Matthæum* alibi quoque (XVIII. 8. f. XIX. 9) extant. Neque id mirum videri debet, ſi eadem verba diverſis temporibus a Jeſu facta fuerunt. Sin ſecus, nihil profecto opus erat Matthæo, quæ ſuo loco allaturus erat, eadem alieno loco (c. V.) attexere. Poſtremo fatemur, apoſtolos non tum demum, cum precationi Jeſu intereſſent, precandi formulam deſideraturos fuiſſe (Luc. XI. 1), ſi multo ante propoſitum (Matth. VI. 9—13) exemplum (Diſſ. I. not. 30) pro ſtata formula precandi habuiſſent, idque in hanc partem in-

ter-

terpretari didicissent a Domino. Quod si vero Jesus hæc verba postmodum non præivit denuo vel etiam inculcavit, neque ea usurpare suos assuefecit, facile omnino fieri potuit, ut tempore, a Luca significato, precationem olim auditam non illico meminissent apostoli, nedum ut ratam precandi formulam tractarent. Imo ne precationem illam ut *statam formulam* nunc (Luc. XI. 2. [10]) certe videretur præscribere, vetus exemplum (Matth. VI. 9. ss), cujus excellentiam, *summa rei iteranda*, confirmavit, *non totidem verbis* expressit, sed plurimum variavit Dominus (v. S. R. *Griesbachium* ad Luc. XI. 2—4 & Ven. *Rullmanni* vers. N. T. germ. T. I. p. 245.), statimque subjecit, huc se inprimis spectare, ut animus precantis Deo confidat (v. 5—13) & *πνευματος αγιυ* (v. 13) cupidus sit. Quod Domini consilium apostoli quoque assecuti sunt v. Jac. I. 5—7. IV. 3. & Ven. *Hessium* l. l. T. II. p. 33—35.

X. 38. XVI. 24. Verbum *ακολυθειν* his locis & similibus non videtur idem valere, ac *Christum universe sectari*, vitamque suam, ut *Grotii* verbis (ad X. 38) utamur, ad dicta Christi ac facta componere. Nam subjecta ratio (cf. *γαρ* XVI. 25. Marc. VIII. 35. Luc. IX. 24) docet, illud *ακολυθειν* huc proprie spectare, ut discipulus Christi vel suam vitam amittere

10) Verbum *λεγετε* nequaquam jubet iisdem, nullis aliis, verbis uti, sed *in hanc fere sententiam* precari docet, cf. Matth. X. 7. IV. 17. III. 2. Luc. XVII. 10.

tere audeat, Christum, quæ *Erasmi* paraphrasis est (ad Matth. XVI. p. 116), *ad crucem euntem*, sequatur. Accedit, quod Marc. X. 21. το αραι τον ςαυρον cum verbo ακολυθειν ita conjungitur, ut imitationem Christi pateat cerni *ipsa cruce suscipienda*. In eamdem sententiam, id est, pro συναποθανειν (2 Tim. II. 11), συμπαχειν (Rom. VIII. 17) formula hæc: ακολυθειν τω χριςω etiam Jo. XII. 26. XIII. 36 usurpatur. Prior enim locus hoc sibi vult: „si quis mihi servire voluerit, *me, qui supplicium patior* (XII. 24. s. 27. 32. s.), *sequatur*, nam (και, cf. Ebr. V. 3. d) quorsum ego proficiscor (ειμι Jo. VII. 34. coll. VIII. 21), aut, ubi ego propediem versor (ειμι, cf. über den Zwek Joh. p. 189. s.), unde ego proxime absum, ibidem (εν δοξη XII. 23. ζωη αιωνιω v. 25. cf. Luc. XXIV. 26. cum Rom. VIII. 17. 2 Tim. II. 11. s.) etiam minister meus versabitur (cf. Jo. XIV. 3. XVII. 24.), quippe servientem mihi pater meus honorabit (cf. VIII. 50. s.)." Alter locus confirmat, *mortem*, quam Christus nunc aditurus sit (Jo. XIII. 37. s.), Petrum nunc quidem una adire non posse, posthac vero *similiter aditurum esse*. Pari modo, præeunte Ven. *Rullmanno* P. I. p. 37. 65. etiam Matthæi locos indicatos vertimus. Prior (X. 38) nempe hoc dicit: „qui non suscipit crucem suam, (de qua formula *Grotius* in l. n. & celeb. *Fischerus* de vitiis lexicorum N. T. p. 372 ss. adeundi sunt), atque *in ea parte* me sequitur, is non est dignus me (v. 24. ss. Jo. XV. 20), qui crucem meam feram, discipulus." Alterius vero loci (Matth. XVI. 24),

cui

cui similes (Marc. VIII. 34. Luc. IX. 23), maxime si καθ'ημεραν apud Lucam cum Ven. *Griesbachio* deleamus, accurate consonant, is sensus est: „si quis me velit sectari, crucem suam suscipiat *item, ut ego suscipio* (και ακολουθειτω μοι, sequens in eo me).„ Ceterum sententia Domini, initio (Matth. X. 38) subobscura, clarius sensim apparebat, cum supplicii Jesu præsignificatio, quæ inerat, non expressioribus modo prædictis (v. c. XVI. 21. XX. 19), sed ipso tandem exitu (Jo. XIX. 17) illustraretur. v. perill. *Michaelis* ad Matth. X. 38. p. 137.

XXIII. 8—10. Interdictum suum (v. 8), ut ne discipuli, quemadmodum judaici doctores (v. 7), magistrorum nomen & honorem (v. 6. f.) ambitiosius (cf. v. 11. f.) affectarent 11), duabus rationibus confirmavit Dominus, quod unum omnes magistrum 12) haberent, contraque ipsi omnes invicem fratres essent. Alterum v. 9. prius v. 10. illustratur 13). Quia discipuli

11) Κληθηναι idem dicit, quod φιλειν καλεισθαι (v. 6. f. cf. not. 15), *intendere* (Obss. gr. p. 15. n. 3) magisterium, immodeste se gerere (v. 11). Disjunctum est commodis discipulorum modeste servire (v. 11. 12.) cf. 1 Petr. V. 3. 2 Cor. IV. 5.

12) Nomen ο χριστος cum b. *Bengelio* & S. V. *Griesbachio* h. l. delendum esse arbitramur. Utrum vero de illius sententia vocem διδασκαλος, an vero cum Ven. *Griesbachio* καθηγητης præferas, ad sensum nihil interest. v. *Wetstenium* & cel. *Loesnerum* ad v. 8.

13) Και v. 9. est εξηγητικον (Diss. I. not. 145). De chiasmo inverso vid. l. c. p. 88. & ipsius capitis XXIII. Matthæi versiculos 20. & 21. coll. v. 16. ss.

puli Jeſu omnes invicem fratres ſunt (v. 8), ſive, unum omnes patrem habent, eumque cœleſtem, propterea diſcentes chriſtiani patrem 14) ſuum non debent quærere in terra (v. 9), eorumque magiſtri (οι μειζονες αυτων v. 11), quibus non licet poſtulare, quod illis præſtare nefas eſt, non debent geſtire 15) vocari patres, ſive (not. 14) non debent κληθηναι ραββι (v. 8), ſed ſpectare potius, ut Deo omnia accepta referantur atque in eo ſpes tota collocetur (cf. 1 Cor. III. 5-7). Quia diſcipuli Jeſu omnes, ſive doceant, ſive diſcant, unum magiſtrum habent, nempe Chriſtum, propterea docens chriſtianus non debet ſibi ſcholam quærere, cujus magiſter (καθηγητης Matth. XXIII. 10. ραββι v. 8) ipſe audiat, ſed hoc potius agere, ut Chriſto diſcipulos colligat, communis magiſtri auctoritatem ex animo reverentes (XXVIII. 19. ſ.). cf. 1 Cor. I, 12. ſ.

XXIV. 30. Quo minus το σημειον τε υιε τε ανθρωπε de miraculis, in cœlo (v. 29) *edendis a* Chriſto (cf. Joel. III. 3), hoc eſt, ſi ill. *Eichhornii* ſententiam ſequaris, de *excidio judaicæ reipublicæ* (Allg. Bibl. T. III. p. 297. ſ. 693) accipiamus, præter

14) Doctor (ραββι v. 8) etiam *patris* (v. 9) nomine appellari ſolebat. v. conjunctiſſ. *Goezium* in v. 9.

15) Nomen per ſe, etiam magiſtro (not. 14) datum, non continuo in vitio erat (1 Cor. IV. 14. ſs). Sed qui inhiabant (not. 11) titulum, ut Phariſæi, ii ab affectu quidem paterno, qui (cf. 2 Cor. XII. 14. ſ.) ſtudium inſerviendi commodis aliorum (Matth. XXIII. 11) egregie juvat, alieniſſimi erant, ſed poteſtatis paternæ titulo dominabantur inter ſuos (v. 6. ſ. 14. 25), ſuamque potius quam Dei auctoritatem ſpectabant.

ter singularem numerum vocabuli σημειον, quod in istam sententiam *pluraliter* citius usurpandum fuisset (cf. Luc. XXI. 25), hoc maxime obstat, quod similes loci (v. 27. Marc. XIII. 26) & Matthæus quoque (XXIV. 30. extr.) *ipsum Christum* venturum esse dicunt, & *ita* quidem, ut *angeli* bonos eximant de malis (v. 31. Marc. XIII. 27), & relicti ab illis (Diss. I. p. 41) impii, judicis, *cum angelis venturi* (Matth. XXV. 31), gravissimæ animadversioni (κολασει αιωνιω v. 41-46) acerboque luctui (XXIV. 30) succumbant (v. 40. s.), quem contra ceteri effugiant (cf. 1 Thess. I. 10). Quare vero locum illum de angelis (Matth. XXIV. 31), qui universe ad excidium Hierosolymitanum minime convenit (cf. Ven. *Schulzii* Anm. P. II. p. 124. ss), *ex ipsis Christi dictis* (XXV. 31. s. coll. XIII. 41—43. 49) explicemus, itaque de visibili adventu Christi εν τη συντελεια τȣ αιωνος (XXIV. 3), quem celeberr. *Eichhornius* locis laudatis capitis XIII. & XXV. ipse agnoscit (Allg. Bibl. l. c. p. 674. s.), intelligamus, caussa subest idonea. Quamobrem contra nostro loco genitivus τȣ υιȣ τȣ ανθρωπȣ non appositionis (cf. Act. IV. 22. extr.) esse debeat, sed ex illo proprie נִתְתִּי Joël. III. 3. definienda sit genitivi vis, caussam nullam intelligimus, cum nemo præstare possit, *hunc nominatim Joëlis locum* a Christo respici, imo *ad verbum exprimi*. Ceterum non obstat loquendi usus (cf. l. c. p. 298), ne vocabulum γενεας (Matth. XXIV. 34) de judaico *populo* intelligatur, id quod ipse perill. *Michaelis*, contextum, quem propterea Diss. I. p. 40. s. expendimus, potissi-

mum urgens (Anm. P. I. p. 250. f.), penitus negare non eſt auſus (p. 251), probe memor loci Jer. VIII. 3. quem in verſione vernacula his verbis expreſſit: alsdenn werden die Uebrigen, die noch von dieſem bösartigen *Volk* (απο της ΓΕΝΕΑΣ εκεινης) übrig bleiben, an den Orten, wohin ich ſie verſtoſſe, den Tod dem Leben vorziehen. Sed illum locum ad firmandam ſententiam noſtram alias quoque (Apol. der Off. Joh. p. 324. f.) attulimus, & originem rarioris hujus uſus e ſignificatu *familiæ* explicavimus, unde notio *populi*, quæ cum hebræo משפחה & græco γενος, quemadmodum cum latinis vocabulis *gentis* & *nationis*, ſæpe communicatur, proclivius fluxit. Eſſe vero hanc vim *familiæ*, *proſapiæ* ſub voce γενεας ſubjectam, præter auctoritates, l. c. allatas, etiam Alexandrina Danielis verſio confirmat. LXX enim vocem מזרע (IX. 1), a *Theodotione* ad verbum (απο τȣ σπερματος) expreſſam, reddunt: απο της ΓΕΝΕΑΣ. Et in ipſo N. T. (Luc. XVI. 8) η γενεα *familiam* dicit, quamvis *tropice* intelligendam. Rebus terrenis unice inhiantes (οι υιοι τȣ αιωνος τȣτȣ), ut œconomus inductus (v. 1. 3. 4), prudentia erga *ſuam familiam* (εις την ΓΕΝΕΑΝ την εαυτων), h. e. erga *idem ſentientes*, qui pariter, ac ipſi, ſunt υιοι τȣ αιωνος τȣτȣ, erga *fratres* ſuos, terrena ſimiliter inhiantes (cf. v. 5-7), antecedere ſolent lucis ac (Diſſ. I. in ep. ad Col. not. 21) beatitatis ſempiternæ (v. 9—12) cupidos, qui ſæpe non ita (cf. v. 4) ſtudent, *familiam ſuam* (την γενεαν την εαυτων), h. e. lucis item cupidos (υιȣς τȣ φωτος) & εις τας αιωνιȣς σκη-

νας

νας perventuros (v. 9), ipſumque communem familiæ dominum (Matth. XXV. 40. cf. Diſſ. de parabolis Chriſti p. 39) beneficiis ſibi devincire (Luc. XVI. 9).

XXV. 14. Poſtquam Dominus una eademque parabola XXIV. 45. ſs. *utrumque* (v. 45) declaravit, *imprudentiam* (v. 48) & *perfidiam* (v. 49) alienam eſſe iis, quos promtos paratosque (γρηγορουντας v. 42. XXV. 13. ετοιμους XXIV. 44. XXV. 10) deprehenſurus ſit, mox (c. XXV.) novas parabolas addit, quarum una *prudentiam* (v. 2. ſs. cf. Diſſ. de parabolis Chriſti §. XVII.), altera (v. 14. ſs) *fidelitatem* (v. 21. 23), quibus virtutibus continetur το γρηγορειν (v. 13. coll. XXIV. 42), *nominatim* perſequitur. Ceterum ωσπερ γαρ l. n. brevius dicitur pro formula: ουτω γαρ εσαι η βασιλεια των ουρανων (cf. XXV. 1) ωσπερ ει ανθρωπος &c. (cf. Marc, IV, 26), aliave ſimili, ut hac: ομοιως γαρ (ſc. εσαι Luc. XVII. 28. coll. v. 26) ωσπερ ανθρωπος &c. Ut enim Rom. VIII. 36. καθως γεγραπται idem valet, atque ομοιως γινεται, καθως γεγραπται, „*non ſecus evenit* nobis, ac ſcriptum eſt &c. ſed (v. 37) his omnibus non vincimur &c.„ ut, inquam, ουτω vel ομοιως cum verbo ſubſtantivo ante vocabulum ως & ſimilia univerſe crebro deſit (Diſſ. II. in ep. ad Col. not. 56. Notit. hiſt. epp. ad Cor. interpr. ſerv. not. 22); ita præſertim in parabolis, quibus, etiamſi nullum comparationis indicium antecedat (v. c. Luc. XV. 11), cogitando tamen adjungimus, ſimiliter fieri (ουτως ειναι, ομοιως γινεσθαι), ut (ως) legamus, iſtam ellipſin ſumere licet. Unde

etiam Marci locus XIII. 34. perinde intelligendus est, quasi scriptum extaret: ΟΜΟΙΩΣ ΓΙΝΕΤΑΙ (ουτως εστιν), ως ανθρωπος αποδημος αφεις — και δους (sc. ην, h. e. αφηκε — και εδωκε, cf. Ebr. VI. 17. u) τοις δουλοις &c. i. e res vestræ sic se habent, *quasi* homo peregre profectus reliquisset &c.

XXV. 15. Voculam ιδιαν non necessario ad *dominum* spectare, quod *Kypkio* visum fuit, sed usui loquendi convenienter ad suam *cujusque ministri* facultatem referri, vel solus Marci locus XV. 20. ostendit, ubi τα ιδια manifesto idem sonat, quod αυτου (Matth. XXVII. 31). Neque, si respicias αποδοσιν, levi momento æstimandum est suum cujusque *ingenium* (δυναμις, cf. celeb. *Læsnerum*). Nam Christus quoque materiei rationem habet, quæ in animo cujusque ministrorum sit. Quanto præstantior cujusque materies est, tanto plura ab eo Dominus expectat (XXV. 15. coll. v. 19. Luc. XIX. 13. 15. XII. 48), tantoque minus eum, *si fidelis ac diligens* (Matth. XXV. 21. coll. 26.) *fuerit*, ingenio inferior, quamvis par in fidelitate (v. 23. coll. 21), assequi potest (v. 28.). Neque huic alteri vel dedecori erit & vitio dabitur (v. 23. coll. 21), vel molestiam ullam adsperget, quod prior ille in majorem lucem & altiorem locum (v. 28) provectus fuerit. Nam in civitate cœlesti, ubi caritas (1 Cor. XIII. 8. ss), non superbia & invidia (v. 4), regnat, inferiores nullam profecto molestiam trahent (XII. 26) ex officiis, quæ majores socii per ipsam excellentiam suam hoc luculentius, amantius & modestius præstabunt (v. 14—27.).

XXV. 35. ſs. Quemadmodum beneficentiæ erga Chriſti diſcipulos non omnes partes (cf. b. *Bengelium* ad v. 35), ſed exempla quædam pro univerſo genere (v. 40. 45) commemorantur; ſic beneficentia ipſa exemplum eſt, e quo Chriſtus univerſam *δικαιοσυνην* (v. 46) intelligi vult (XVI. 27. Joh. V. 29. 2 Cor. V. 10. Rom. II. 6—10). Cauſſa vero, quamobrem Jeſus, generalem enunciationem (Matth. XXV. 46. coll. XIII. 41—43. 49. ſ.) de ſalute æterna *piis*, & de pœna æterna *impiis* adjudicanda, ſingulari exemplo illuminaturus (XXV. 34—45), *beneficentiæ* & contrariæ inhumanitatis *in ſuos* exemplo nominatim uteretur, in eo ſita videtur, quod hæc maxime ratio apta eſſet (v. 40. 45) affectui Jeſu erga ſuos exprimendo & alendæ (cf. 2 Theſſ. I. 4. ſs) conſtantiæ (Matth. XXIV. 13) inter prædictam (v. 9) afflictationem, quæ [16] magno (XXV. 31. 34) judici nec lateat nec curæ non ſit (v. 42—45), & cujus moleſtias levatura tamen ſit caritas, qua ipſe cum diſcipulis apud multos futurus ſit (v. 35—40).

MARC. IV. 31.

Verba *ως κοκκον* vices habent (cf. LXX. Eſ. I. 9) dativi *κοκκω*, quippe reſpondent præcedentibus dativis *τινι* & *εν ποια παραβολη*: „*cui* (Diſſ. I. p. 89) *ſimilitudini* (rei ſimili, cf. Diſſ. de

16) *Infeſtatoribus* diſcipulorum Chriſti eo terribilior pœna intenditur, quod vel *negligentes* amicorum Jeſu gravi pœna teneri dicuntur (XXV. 41—46).

de parab. Christi not. 2) conferemus regnum divinum? *Grano* &c." Quia nimirum ομοιεν (παραβαλλειν) & dativo & accusativo cum ως (Rom. IX. 29) jungi potest, utramque structuram Marcus usurpat. cf. similem varietatem constructionis Rom. IV. 12. 1 Par. XIII. 1. Ez. XXXI. 2. apud LXX.

XI. 25. f. Cum actio illa symbolica (v. 14), quam apostoli mirabantur (v. 20. f.), Judaicæ reipublicæ *exitium* præsignificasset (v. über den Zwek Joh. p. 276), subjecto hoc monito cavit Dominus, ne discipuli existimarent (cf. Luc. IX. 54—56), tum quoque ad preces eventum esse responsurum (Marc. XI. 22—24), cum *infenso animo* obsequantur precantes. Neque etiam Jesus v. 14. miraculum expetierat (cf. Jo. XI. 42) ad perdendos Judæos, sed ad firmandam prædictionem mali, quod quia hostibus impendere prospexit, maximus ipsi dolor commotus est (Luc. XIX. 41. f. Matth. XXIII. 37). Vide sis perill. *Michaelis* in l. n. p. 338. f.

XIV. 36. Vocula τις non modo græca, sed ne hebraica quidem consuetudine, quam *Grotius* in h. l. sumit, pro vocula ὅς usurpatur, nisi (Obss. gr. p. 128) vel obliqua sit interrogatio, ut in locis VI. 36. VIII. 2. Matth. XX. 22. [17] quos *Hoogevenus* ad *Vigerum* de gr. dict. idiotismis p. 148. ed. *Zeunianæ* attulit, vel expressa αποδοσις sequatur, ut Act. XIII. 25.

17) cf. Jud. VII. 11. Gen. XLIII. 22.

25. quem me suspicamini esse? *non sum ego*, h. e. (v. Jac. III. 13. not. 113) *quem* me putatis esse, *is* ego non sum. Matth. VII. 9. Luc. XI. 11. quem de vobis patrem rogabit filius panem? *num lapidem ei porriget*? h. e. *qui* rogatur a filio parens, is non (Obss. p. 351) dabit lapidem, aut, si malis e v. 12. Matth. VII. 10. interpretari (cf. Rom. XIII. 3. 1 Cor. VII. 18. Jac. V. 13. s. not. 205), *si* quem inter vos patrem roget filius panem, an lapidem ministrabit? Matth. XII. 11. Luc. XIV. 5. Cujus vestrum pecus in cisternam incidet? *nonne* [18] *statim extrahet eam ipso sabbati die*? h. e. *cujus* pecus incidit, *is* extrahit, vel *si* cujus pecus incidat, continuo extrahit &c. XI. 5—7. quis vestrum amicum suum de media nocte adibit, eumque rogabit tres panes mutuos? *hiccine respondebit*: *noli molestiam exhibere mihi*? i. e. *qui* (*si* quis) convenit amicum media nocte mutuaturus panes, ei non respondebit iste &c. Sed nostro loco, cujus ratio longissime diversa est, τι pro ποιον dici (Susann. 54. 58) & *adverbii* [19] vim obtinere (Obss. gr. p. 321) videtur: non *qualiter* (*quemadmodum*) ego opto, sed *qualiter* (*quomodo*) tu jubes, taliter (sic) eveniat. cf. ὡς Matth. XXVI.

18) Και l. n. & XI. 7. in voce κακεινος interrogationi inseruit. cf. XIX. 23. 2 Cor. II. 2. Jac. II. 4. not. 55.

19) Similiter neutra ὃ Rom. VI. 10. Gal. II. 20. (Comm. in ep. ad Hebr. p. 456) & ὅ τι 1 Cor. XVI. 2. (pro καθως Act. XI. 29. cf. Ven. *Schulzium* in 1 ep. ad Cor. pag. 252) *adverbialiter* usurpantur.

XXVI. 39. quod etiam in Marci quibusdam exemplis pro vocula τι substitutum est.

XVI. 17. Si narrationem Marci (v. 14—18) de Jesu redivivo, exhibente se apostolis extremo (v. 14) primi (v. 9) a reditu in vitam diei tempore (Jo. XX. 19. Luc. XXIV. 36. coll. 29. 33), cum Lucæ & Joannis relatione contendamus, locus Marci XVI. 15—18. cum Jo. XX. 21—23. Luc. XXIV. 48. f. conjungendus est. Atqui his locis Jesu res est cum *legatis suis* (v. 48. Jo. XX. 21. coll. Marc. XVI. 15). *His* promisit (Luc. XXIV. 49. [20]) auxilium Spiritus Sancti, additaque symbolica actione confirmavit (Jo. XX. 22.) Ergo etiam miracula, a credentibus patranda (Marc. XVI. 17. cf. *Kypke*), referenda sunt ad largitionem spiritus sancti, *apostolis* promissam [21]). Hæc cernebatur miraculis, quæ apostoli cum ipsi, quippe credentes (Jo. XIV. 12), quæ docebant (Marc. XVI. 15. coll. 2 Cor. IV. 13), tum per auditores, evangelio fidem habentes (Marc. XVI. 16), &, *ministrantibus apostolis* (Act. VIII. 15—17), edendorum miraculorum facultate instructos, patrabant. (cf. Neues Repert. für bibl. u. morgenl. Litterat. P. III.

20) Ex hoc loco intelligitur, recte a perill. *Michaelis* (ad Jo. XX. 22. p. 216. & Erkl. der Auferst. gesch. Christi p. 267. f.) imperativo λαβετε l. c. *futuri* vim tribui. cf. Matth. X. 13. cum Luc. X. 6. & *Kypke* ad XXI. 19.

21.) Eidem (Jo. XX. 22) Joannes quoque v. 23. facultatem miracula perpetrandi adjicit. v. *Michaelis* libros laudatos p. 218. & p. 269. f.

P. III. p. 346. ss). Ipse igitur contextus sermonis Domini suadet, ut interpretationem contineamus intra ea tempora, quibus dona Spiritus, *in apostolos collata*, vel ipsa vel certe derivata in æquales apostolis christianos aderant. Sed ne hujus quidem ætatis *omnes* πιστευσαντας intelligi necesse est, cum articulus (τοις) sæpe *certos*, *quosdam*, non omnes universos, significet (Luc. XVIII. 15. coll. Marc. X. 13. Matth. XXI. 34. f. coll. 36. add. XXVII. 62. XXVIII. 12. [22]) Ebr. VII. 1. f). cf. infra Jo. XIX. 32.

Luc. II. 2.

Cum interpretatio eorum, qui censum, habitum circa natale tempus Jesu, *a Quirino, utpote legato extraordinario*, ante, quam in Syria præesset, actum fuisse sumunt, non probant, ad verba Lucæ non [23]) consentiat (v. Relat. Tub. 1791. p. 348—350); alteri potius illi sententiæ subscribimus, quæ Lucam hoc sibi velle statuit: *prior* actus est hic census notiore

22) v. laudatum *Michaelis* Erkl. der Auferst. gesch. Christi p. 85. f. 198. f.

23) Etiamsi cum *Lardnero* & *Lilienthalio* (Gute Sache der göttl. Offenb. P. VII. §. 163) vertas: „hic census (quem extra ordinem a Quirino in Judæa actum fingunt l. c. §. 159) primus erat *ejus, qui postea Syriae praeses fuit*, Quirini"; hæc tamen difficultas restat, quod in illam sententiam scribi debuisset: ΤΟΥ ηγεμονευοντος της συριας κυρηνιυ. cf. ipsum illum *Herodiani* locum, quem *Lardnerus* attulit & *Bowyerus* repetiit in Emendationibus conjecturalibus ad N. T. p. 120. ed. S. R. *Schulzii*.

tiore *isto*, *qui habitus est* præside Syriæ Quirino. Neque propterea mutationem textus cum celeberr. *Michaelis* (Einl. in die Schriften des N. B. p. 69. Anm. zu seiner Veberf. des N. T. P. I. p. 369) & S. V. *Rullmanno* (l. c. p. 201) faciendam putamus. Nam textus receptus unum & idem dicit, atque retextus ex eruditissimi *Michaelis* conjectura: πρωτη εγενετο ΠΡΟ ΤΗΣ ηγεμονευοντος &c. Illo certe προ nihil opus esse, *Erasmus Schmidius* ad l. n. & *Kypkius* ad Joh. I. 15. monstrarunt. Sed & ellipsis articuli της seu verborum της απογραφης της γενομενης ab usu loquendi hebraico non magis abhorret, quam prætermissio verborum της μαρτυριας post μειζω Joh. V. 36. vel, ut exempla proferamus ex ipso Luca, prætermissio vocum του αιματος post μετα XIII. 1. & verborum το μνημα το γενομενον post παρα Act. VII. 16. (cf. celeb. *Læsnerum* ad Luc. XIII. 1. & Diss. de cathol. epp. occas. & consilio p. 31. f.).

X. 36. Verba Christi hoc sibi velle putamus: quis videtur tibi *proximum se existimasse* misero? Nam hoc quæsiverat (v. 29) legis peritus, quem *habere* deberet proximum suum. Huic quæsito responderat Dominus proponendo exemplo (v. 37) Samaritæ, cujus judicium, factis expressum (v. 33—35), ut a judaico diversissimum, ita ipso Judæorum sensu amabilissimum erat & laude dignissimum. Similiter Jac. IV. 9. ταλαιπωρειν est *miserum se existimare* & agnoscere, 1 Cor. IV. 8.

πλου-

πλυτεῖν, βασιλεύειν dicuntur, qui divites esse ac regnare *sibi videbantur*. cf. *Vatablum* in l. n.

XII. 58. f. Turbae (v. 54), quatenus in numerum discipulorum (v. 22) Jesu non adscripta, sed in domesticos atque populares suos, qui cum Jesu facerent, aliena erat (v. 52. f.), hoc omnino consilium dari videtur, ut, quum difficile non sit (v. 54—56) videre, quid de Jesu & tali tempore (v. 56) existimari oporteat, cum familiaribus & civibus, a quibus Jesu caussa dissideant, prius in concordiam redire studeant (v. 58), quam divino judicio controversia dirimatur (Diss. de sensu vocis δικαῖος not. 61). Sed caussa, quamobrem Dominus cogitata sua hoc proprie modo, qui ad *litigantes* accommodatus est, eloqui voluerit, e versiculo 13. repetenda esse; & consilium Jesu huc spectasse videtur, ut fratres inter se dissidentes [24] in divini judicii cogitationem sicque (cf. Matth. V. 25. f.)

24) *Generalis* sententia de severitate judicii divini in eos, qui controversias ipsi componere negligant, ejusque irrevocabili executione (v. 58. f.), tametsi proprie ad eos pertineat, qui *caussa Jesu* dissidebant secum (v. 51—56), tamen etiam a fratribus istis, quamvis *ob aliam caussam* dissidentibus (v. 13), ad ipsorum res poterat revocari. Quin imo fieri poterat, ut, qui arbitrum vellet Dominum, quippe cujus auctoritatem apud fratrem *ut discipulum Jesu* valituram confideret, idem non modo per avaritiam, quae utrobique notatur (v. 15), & alteram quoque partem ab obsequio fratris avocasse videtur, sed *ipsius etiam Jesu caussa* dissideret a fratre, & bonorum inter ipsos communitatem (v. perill. *Michaelis* ad v. 13. p. 435) tanto aegrius ferret, quod necessitatem & familiaritatem cum *discipulo Jesu* fastidiret.

V. 25. f.) in concordiam adducerentur. cf. celeberr. *Hessum* l. c. T. II. p. 53. ed. 4.

XIII. 18—21. Parabolas, h. l. in medium prolatas, numeramus partem institutionis (v. 10), quam interposita (v. 12. f.) curatio abrupit quidem, sed cujus redintegrandæ materiam ea ipsa (v. 12—17) præbuerunt, quæ intercessisse diximus. Cum enim *adventantis regni divini documentum* (XI. 20. cf. commentat. de protevangelio p. 21) novum Jesus modo (XIII. 16) dedisset, hujus certe temporis oratio erat, quæ exponebat de fastigio, in quod regnum Christi per varia incrementa provehendum esset inde ab *his tenuibus initiis*, hinc quidem agnitis (v. 17), hinc vero spretis atque infestatis (v. 14). Ceterum latina lectio αλευρον (v. 21), de qua b. *Bengelii* Gnomon adeundus est, profecta videtur a difficultate verborum receptorum, quæ tamen expediuntur, si teneas, singularia εζυμωθη ολΟΝ non ad pluralia σατα τρια, sed ad nomen *rectum* singulare αλευρα referenda esse, ut Act. VI. 7. pluralis υπηκουον ad nomen rectum των ιερεων spectat, aut, si pluralem hunc ad nomen regens propterea [25] malis trahere, quod vocabulum οχλου sit collectivum, aliud exemplum subjiciemus ex Ap. IX. 18. ubi verbum απεκτανθησαν non singulare nomen regens, sed rectum plurale των ανθρωπων sequitur. cf. Obss. p. 361. ss.

XVI.

25) cf. Matth. XXI. 8. Joh. XII. 12. 13. Ap. VII. 9. f. Obss. gr. p. 369.

XVI. 15. Το εν ανθρωποις υψηλον, & æquipollentem (Ebr. II. 9. not. s) formulam: οι εν ανθρωποις υψηλοι, vel in eam partem accipere licet, ut dativus 26) εν ανθρωποις respondeat sequenti ΕΝΩΠΙΟΝ τȣ θεȣ, iique significentur 27), qui, cum simulent pietatem & hominibus venditent (δικαιȣντες εαυτȣς ενωπιον των ανθρωπων, cf. Diss. de sensu vocis δικαιος §. XXII), magni (υψηλοι) sint *hominum judicio*, vel in hanc sententiam, ut intelligantur *putantes se ipsi* 28) *pro maximis hominum* (υψηλοις εν ανθρωποις, cf. Ebr. III. 2. m), *suo judicio* excellentes inter omnes, superbi igitur homines (υψηλοκαρδιοι Prov. XVI. 5. υψηλοι πνευματι Coh. VII. 8), qui, cum pietatis famam ipsi aucupentur (δικαιȣντες εαυτȣς ενωπιον των ανθρωπων), alios contra (Luc. XVIII. 9. 11) despiciant, Jesumque cum discipulis, quorum partem ob vitam ante actam (XV. 1. 2), alios ob res pauperculas (XVI. 8. 9) & infimam conditionem despicatui ducant 29), hoc ipso tempore irrideant (v. 14). Utramcunque interpretationem eligamus, antecedente: γινωσκει τας καρδιας, etiam consequens significatur, ut Nah. I. 7. Luc. I. 48. Ps. XXXI. 8. CXIII. 5. f. coll. v. 7. ss. CXXXVIII. 6. coll. 7. f. Si discedamus in priorem sententiam, hanc locus noster vim habebit:

26) v. supra ad Marc. IV. 31.
27) v. Ebr. XIII. 4. p).
28) v. supra ad Luc. X. 36.
29) v. Diss. de beata vita post mortem p. 22. f.

bebit: „vos hominibus quidem probatis pietatem vestram, sed Deo cognitus est animus vester, ideoque (cf. Prov. XXIV. 12) *aestimatur* a Deo *ex veritate*, non ex opinione, quam homines de vobis habent; tractatur ut βδελυγμα. Neque enim, qui permagno ab hominibus aestimatur, eumdem continuo Deus magni facit, sed facile detestari potest (βδελυγμα ενωπιον τυ Θευ sc. εςιν, *esse potest*, cf. not. 48. in ep. Jac.)." Ex altera interpretatione verbis Domini haec vis subjecta est: „vos estis ii, qui pietatis famam affectant, quibus, ne praeter Pharisaeos (υμας, εαυτυς) quisquam sanctitatis opinionem habeat, contemtui ac ludibrio sunt alii (Luc. XVI. 14), sed Deus animum vestrum, temere se efferentem, cognitum habet *ac fastidit*. Nam superbos fastidit Deus.„ Quae ipsa sententia Prov. XVI. 5. legitur. cf. 1 Petr. V. 5.

XIX. 38. Dativi (not. 26) εν υρανω & εν υψιςοις idem valere (XX. 4. 5. 30) videntur, quod Θεω. Nempe salus (ειρηνη), a Christo expectata, ad Deum auctorem referebatur (Ap. VII. 10. 31), huicque pro allata per Christum salute laudes (δοξα) tribuebantur (Ap. VII. 12).

XXI. 28—31. Singulae cujusdam molestiae, qualis erat infectatio christianorum, a Judaeis profecta, liberationem & vacuita-

30) cf. Diss. de notione regni coelestis not. 6.

31) Dativus τω Θεω respondet hebraico ליהוה (Prov. XXI. 31) & similibus formulis, quae etiam a LXX. intt. & *Theodotione* Dan. IX. 9. dativo potius, quam genitivo, exprimuntur.

cuitatem *divini regni* nomine appellari, nullo, quod ſciamus, exemplo confirmari poteſt. Quapropter απολυτρωσιν (v. 28), quæ v. 31. η βασιλεια τȣ Θεȣ vocatur, non audemus ad vacuitatem chriſtianorum a moleſtia, quam everſa Judæorum civitas ante exhibuerat, cum ill. *Eichhornio* (Allg. Bibl. T. III. p. 299) trahere. Verba autem appropinquandi hoc certe loco, nominatim v. 31. non rem *præſentem*, ſed *futuram demum*, ſignificare, cum ſimilitudo v. 29. ſ. quæ non *præſentem dudum* vel meſſem vel æſtatem 32) inducit, ſed *propinquitatis* ejus quædam *prænuntia* indicia edit, tum loci ſimiles (Matth. XXIV. 33. Marc. XIII. 29) oſtendunt, qui verba επι θυραις adjiciunt, rei dudum præſenti minime convenientia (cf. *Raphelii* Annott. ex Xenoph. p. 52). Ceterum verba: αρχομενων δε τȣτων γινεσθαι (Luc. XXI. 28) vel proprie *initium* rerum, ante (v. 24. ſs) expoſitarum, h. e. exitum calamitatis judaici populi (v. 24. extr. cf. Diſſ. I. p. 40), reſpiciunt, vel idem univerſe dicunt 33), quod τȣτων δε γινομενων (cf. v. 31). Quo pacto τȣτων, quemadmodum ταυτα Matth. XXIV. 33. non ad *proxima* quæque enunciata, ſed ad remotius illud (Luc. XXI. 24. extr.) pertinet (Diſſ. I. not. 59), quorſum & *propriam* vim verbi αρχομενων ſupra

32) cf. perill. *Michaelis* ad Matth. XXIV. 32. p. 249. ſ. & in priorem ſententiam LXX. Prov. XXVI. 1. Add. celeb. *Schulzii* Anm. P. II. p. 127.

33) cf. über den Zwek Joh. p. 276.

pra retulimus. Παντα denique (v. 29) non 34) *omnino omnes*, ſed *pleraſque omnes*, complures arbores ſignificat, ut XV. 1. Matth. III. 5. XXI. 26. X. 22. ad quem locum v. Annott. *Raphelii ex Herodoto*. cf. quoque perill. *Michaelis* ad Jo. X. 8. p. 131.

XXII. 43. f. Etiamſi nemo apoſtolorum hæc obſervaſſet 35), tamen ex Jeſu *redivivo* (Act. I. 3) rem omnem cognoſcere licuiſſet. Sed illi certe apoſtoli, qui ceteris (v. 39—41. coll. Matth. XXVI. 36) propius (v. 37) & vix paulum (v. 39) a Jeſu aberant, rerum a Luca narratarum teſtes eſſe poterant, ſi modo illas, præeunte Ven. *Heſſio* (T. II. p. 227), cum prima ſtatim itione Domini (v. 39) conjungamus, nec alteri demum (v. 42) poſtponamus, poſt quam apoſtoli nihil fere attendiſſe leguntur (v. 43—45). Nec incredibile videtur, angores, quibus *jam ante primam itionem* (v. 39) conflictatus fuit (v. 37. f.), non multo poſt, igitur *ante reditionem primam* ad Petrum & reliquos duos apoſtolos (v. 40), Domino ita auctos fuiſſe, quomodo Lucas XXII. 43. f. refert, ipſamque humilem illam precem, de qua Matthæus XXVI. 39. memoravit, paullo longioris 36) precationis non principium, ſed faſtigium illud

34) v. celeberr. *Michaelis* p. 481.

35) v. celeberr. *Michaelis* in l. n. p. 487.

36) Unam horam ipſam in primas has preces impenſam fuiſſe, ex Matth. XXVI. 40. arguere non licet, cum hæc dicendi ratio: μια ωρα, uſurpetur etiam univerſe de *brevi tempore*, v. *Schultenſii* Opp. min. p. 323. ad Dan. IV. 16.

lud esse, ad quod supplicatio Jesu, Luca auctore (XXII. 44), progressionem fecit, e positu corporis Jesu concludimus. Neque enim continuo *humi stratus*, quod Matthæus XXVI. 39. Marco (XIV. 35) consentiente, prodit, sed *flexis* initio *genibus* (Luc. XXII. 41) precatus est, dum tandem, ingravescente angore, vehementius oraret (v. 44), & per illam vehementiam humi se prosterneret, atque in eamdem 37) fere sententiam, ut ante (v. 42. 38), precari pergeret (Matth. XXVI. 39. Marc. XIV.

37) cf. quoque Marc. XIV. 39. Matth. XXVI. 44.

38) In verbis ει βελει παρενεγκειν το ποτηριον τετο απ' εμε, quod etiam b. *Bengelius* admonuit, vel infinitivus pro imperativo positus est (cf. über den Zwek Joh. p. 325), vel ανανταποδοτον est, quale reperitur Act. XXIII. 9. in lectione breviore, b. *Bengelio*, cujus Gnomonem conferri velimus, & Ven. *Griesbachio* probata, itemque apud Marcum VII. 11. „si quis dixerit parenti: Deo sacrum (sc. esto, cf. Ebr. XIII. 4. p), quicquid prodesse tibi (cf. Matth. XVI. 26), me auctore (εξ εμε, cf. Notit. hist. epp. ad Cor. interpr. servientes not. 22), possit, quocunque a me juvari queas; *bene* sc. *facit*.„ In loco simili Matth. XV. 5. apodosin, verbis ος αν ειπη respondentem, licet quidem cum perill. *Michaelis* (in vers. germ.) subsequentis versiculi initio quærere, cum ος αν ειπη absolute poni (Obss. gr. §. XLIV. n. I.), & sequens sententia: ε μη τιμηση τον πατερα αυτε, per και subjungi (l. c. p. 293. ss) potuerit ad hunc modum: „quod attinet ad dicentem parenti &c. ne honoret donis parentem, i. e. dicens ita parenti non debet honorare, aut: *si quis* in hanc sententiam locutus fuerit, non debet honorare parentem.„ cf. XXIII. 16. 18. ος αν, ος εαν, & *Raphelii* Annott. ex *Herodoto* ad X. 14. Quoniam vero Marci versiculus 12, qui respondet initio versiculi 6. apud Matthæum, ad præcedens (Marc. VII. 11): εαν ειπη ανθρωπος, trahi nequit, sed cum verbis: υμεις δε λεγετε, conjungi debet, etiam simile pronunciatum apud

XIV. 35. 36). Inter hanc precationem, continuatam aliquamdiu, dum vehementiſſimus dolor (Luc. XXII. 44) ſenſim mitigaretur, apoſtoli non remotiores tantum, ſed propiores etiam (Marc. XIV. 37) præ mœrore (Luc. XXIV. 45) oppreſſi ſunt ſomno, e quo (Matth. XXVI. 40—44. Marc. XIV. 37—40) excitari demum potuerunt, cum Dominus, precibus ſuis omnino abſolutis (αναςας απο της προσευχης Luc. XXII. 45), tres proximos apoſtolos ceterosque omnes, præſentiſſimo periculo graviter deſcribendo, expergefaceret (v. 45—47. Matth. XXVI. 45—47. Marc. XIV. 41—43). Hæc denique verba: ωφθη δε ΑΥΤΩ (Luc. XXII. 43), etiam ut vertantur: „*ab eo* viſus eſt", haud illico negant (cf. Marc. I. 10. cum Joh. I. 32—34), *ab aliis* viſum fuiſſe angelum; ſed hoc quoque intelligi licet, *Jeſu gratia* (cf. Matth. III. 16), h. e. illius confirmandi & erigendi gratia, conſpectum fuiſſe angelum; ubi profecto nihil obſtat (cf. Matth. III. 16. cum Joh. I. 32—34), ne angelus, qui in ejus gratiam adfuit, a Petro quoque & filiis Zebedæi conſpiceretur.

Joh. V.

---

apud Matthæum (XV. 6) eodem ſpectare, & de conſentaneis Phariſaicæ traditioni moribus auditorum exponere, ipſum vero præceptum: ος αν ειπη &c. hoc etiam loco (v. 5) αναντακοδοτον eſſe arbitramur. cf. Obſſ. p. 419. & maxime celeb. *Fiſcheri* Proluſiones V. in quibus varii loci LL. divinorum utriusque teſtam. eorumque verſionum, maxime græcarum, explicantur atque illuſtrantur, Lipſ. 1779. in unum faſciculum collectas p. 122. ſs.

Joh. V. 3—7.

Verborum: εκδεχομενων την τε υδατος κινησιν (v. 3), & sequentium deinceps (v. 4), omissionem cum b. *Semlero* (Paraphr. Ev. Joh. p. 159. s.) & S. V. *Griesbachio* 39) probabilem censemus, quod vel in ejusmodi libris, e quibus non omnino exulant, magna saltem, in aliis alia, ex parte absunt. Universi glossematis ansa e versiculo septimo capta, & versiculus quartus nominatim comparatus videtur ad explicationem rei, e versiculo 7. intellectæ. Sed efficacitas aquarum pro tempore varia manare poterat 40) a pluribus aliis caussis. Quum v. 5. ad aquas illas degisse legitur homo, qui per XXXVIII. annos fuerit in morbo, simili Joannes loquendi formula utitur, atque XI. 17. ad quem locum *Krebsius* & *Raphelius* ex *Arriano* consulendi sunt. Verbis: οτι πολυν ηδη χρονον εχει, quæ V. 6. sequuntur, cogitatione adjungimus vel εκει 41), ut æger homo diu fuisse perhibeatur *ibi loci* (cf. XI. 17), ubi decumbentem Jesus invenerat, vel εν ασθενεια, ut ex V. 5. aut ex voce propiore κατακειμενον judicandum sit, quo re-

39) cf. etiam celeberr. *Michaelis* ad v. 2-4. p. 49. 58. ss. & Beytr. zum vern. Denken in der Rel. P. V. p. 7. P. VI. p. 22. s.

40) cf. *Hammondum* ad v. 2. celeb. *Michaelis* l. c. p. 52. s. & Ven. *Hessium* l. l. T. I. p. 168.

41) cf. Act. XV. 33. cum loco *Josephi*, quem *Kypkius* (T. II. p. 77.) protulit. Adde Act. XVIII. 23. 11. Luc. V. 17. Act. XIII. 1. ubi eadem ellipsis reperitur.

respectu ille homo ætate jam provectus dicatur, uno verbo, quod diuturnus *ægrotus* fuerit, quemadmodum XI. 39. & in loco *Herodoti*, quem *Raphelius* contulit, vox τεταρταιυ, simpliciter his locis 42) posita, per adjunctionem aliquam finienda atque e contextu existimandum est, *sepultum* (Jo. XI. 17. 38. f.) aut *mortuos* ante quatriduum intelligi.

VII. 19. Caussa, quamobrem Judæi necem Jesu machinarentur (εζητυν αποκτειναι), duplex erat. Una, quam iracundiæ (v. 23) prætendebant certe (V. 10. 16. 18), in Mosis veneratione sita erat, cujus legem (νομον, ον μωσης δεδωκε VII. 19. coll. 22. f.) violaverit (v. 23. coll. V. 18) Jesus. Alteram Dominus pandit, hæc subjiciendo (VII. 19): υδεις εξ υμων ποιει τον νομον. Namque factum illud (v. 21), in quo Jesus reprehensus est, ejusmodi fuit (v. 23), ut hominum vere amans & misericordiæ patens animus lætitiam ex eo non posset non percipere; sic vero affectus animus ad rem omnem ex veritate æstimandam (v. 24) paratus fuisset, & facile vidisset, quod res erat (v. 23. 43), tanto beneficio in miserum hominem conferendo non violari sabbatum. Sed Judæi *legis Mosaicæ*, cujus summa ad amorem spectabat (VII. 12. XXII. 39. f.), *negligentes ipsi* *erant*

42) Alibi diserte adjungi mentionem respectus, quo δευτεραιος &c. quisque dicatur, locorum, a *Wetstenio* ad Jo. XI. 39. collectorum, pluribus exemplis patet.

43) cf. Luc. XIII. 15. f. Matth. XII. 11. f. 7. f. Diss. I. p. 34. f.

erant (ουδεις εποιει τον νομον); ideoque capiebantur violati sabbati specie (Jo. VII. 24), de cujus vanitate amoris & misericordiæ aliquis sensus facile monuisset. Hoc igitur Dominum voluisse sibi censemus: „ex vobis iisdem, qui pro Mosaicæ legis auctoritate pugnare ejusque violationem meam sancte indignari vobis videmini, nemo legis Mosaicæ, quæ amorem ante omnia inculcat, observans est. Alioqui cur me propter beneficium, quamvis sabbato datum (v. 23. coll. X. 32), interficere conamini? „

VII. 22. f. Quoniam Judæi continuo objecerunt (v. 19. coll. V. 45. IX. 28) Jesu, *Mosis* auctoritatem obstare curationi sabbato adhibitæ, argumento suo (VII. 23) hoc præmunivit Dominus, legem *Mosaicam* (v. 23), quam argumentaturus esset, re subtiliter examinata, ne impositam quidem a Mose demum, sed altius (Gen. XVII. 12) repetendam esse (Jo. VII. 22). Quod si ergo legem Mosaicam (Ex. XX. 10) non perfringi, sed observari censeant ipsi adversarii, quum ex lege Mosaica (Jo. VII. 23. coll. Lev. XII. 3), si quidem Mosaica dicenda sit, quæ Mosen auctorem non habeat, sed cujus auctoritas altius repetenda sit (Jo. VII. 22), vel ipso sabbato opus faciant: nec Jesum nisi injuria (v. 24) violatæ legis Mosaicæ de sabbato reum postulari posse, quod ex lege Mosaica (Lev. XIX. 18), si quidem Mosaica dicenda sit, quam Moses repetierit tantum, non introduxerit demum, ipso sabbato hominem, omnibus membris, non uno & altero (cf. v. 14), captum (Jo. V. 7) & toto corpore ægrum

(ολον ανθρωπον VII. 23), tantoque igitur magis miserandum, fecerit sanum. Exemplo præcepti de circumcisione (v. 22) declaravit Dominus, esse omnino præcepta, quæ altero illo de abstinentia operis sabbato faciendi antiquiora ducenda sint, atque in eorum numero legem de amore & misericordia, qua ipse egit (v. 23), quæ ipso etiam circumcisionis instituto prior & antiquior fuit, jure suo habuit (Marc. XII. 31—34. cf. not. 43.).

IX. 3—5. Etiam (cf. Diss. I. p. 83. f.) hic locus perspicue docet, Jesum divina ejusmodi opera (v. 4), quale mox in cæco nato extitit (v. 3. 6. ss), sua igitur miracula non levi momento æstimasse, sed in muneris administrandi luculenta parte putasse (v. 3. f.), quæ, dum versaretur in his terris 44), dili-

44) Cum Jesus desiisset his in terris versari, similia quidem (Jo. XIV. 12) per legatos suos miracula edidit (v. 13. f. Act. II. 33. III. 6. IV. 9. f. 30. XIV. 3. Marc. XVI. 19. f.), sed hac etiam parte proprium Christi & a legatorum provincia sejunctum pensum fuit. Quæ enim ipse, *cum inter homines versaretur* (Jo. IX. 5), miracula edidit, ex iis nexa fuerunt apostolica. Neque consentaneum fuisset, per eum ipsum, quem apostoli dominum prædicarent & cujus auctoritati & virtuti miracula sua tribuerent, nihil ejusmodi evenisse, *quamvis inter homines vixisset*, hocque ipsum testimonii apostolici de vita & efficientia interfecti Jesu tanto luculentiorem fidem fecit, quod dominus apostolorum *superiora* miracula, quamvis mortuus, *redintegraret* atque per ipsos vitæ suæ testes *talia* efficeret, qualia, *cum viveret inter homines*, ab eo effecta fuisse constabat (Act. II. 22. X. 37. f.). Hujus consensus fundamenta tum erant jacienda, *cum adesset tempus agendi Christo proprium* (Jo. IX. 4). Miracula, a Christo *inter homines vivente* patranda, non poterant evenire, nisi in illa vita, dum suppetebat.

diligenter ab ipſo obeunda eſſet, ne veritatis cognoſcendæ avidi homines lucem poſthac deſiderarent (v. 4. ſ.). Et huic quidem tempori inprimis opportuna fuit effectio cum univerſe miraculi tum proprie hujus ipſius, cujus occaſionem divina providentia obtulit (v. 1—3). Cum enim Jeſu teſtimonium de ſe ipſo falſitatis inſimulatum fuiſſet (VIII. 13), veritatem ejus non modo ſermone prolixo partimque ſevero (v. 24. 26. 37. ſs.) defendi (v. 14. 16—18. 26. 28. 32. 44 a) 38. 40. 42. 45. ſ. 55), ſed accedente etiam (v. 18.) Dei teſtimonio, ſeu (V. 36) *magno & illuſtri opere divino* (IX. 3. ſ.) confirmari oportebat. 44 b) Quumque Chriſtus hoc proprie dixiſſet pro teſtimonio (VIII. 12), ſe *lumen* mundi eſſe, opportuna fuit occaſio ad miraculum edendum in tali nominatim homine, qui a lumine mundi (IX. 5.), cum luminibus captus eſſet, *uſura lucis* 45) beari (v. 7), quumque per nativum (v. 1. 2.) vitium & tenuem conditionem (v. 8) rudis atque incultus (hactenus quoque τυφλος v. 41. μη βλεπων v. 39) eſſet, huc inſimul deduci poſſet, ut *teſtimonii divini, per miraculum* in ipſo extans *perhibiti, beneficio* (v. 17. 30—33) veritatem teſtimonii Jeſu

44. a) cf. Diſſ. I. not. 146.

44. b) „*extare debet* (ινα φανερωθη, cf. Ebr. V. 1. 2) *inſigne opus* (τα εργα, cf. των καιρων Matth. XVI. 3. Diſſ. I. p. 84) *Dei in cœco nato.*" (Jo. IX. 3).

45) cf. perill. *Michaelis* ad c. 9. p. 123.

Jesu de se ipso (v. 35. 37) nullo negotio *videret* (v. 39. coll. 38) ad salutem suam (VIII. 12. 51), etiamsi intelligentiores alias (IX. 34. βλεποντες v. 39. 41) adversarii Jesu, quippe malitia cæci (v. 41. coll. XV. 24), malo cum suo (VIII. 24. 50) testimonii Jesu de se ipso (v. 12. coll. XV. 22) veritatem nec e superioribus Dei testimoniis (VIII. 18. coll. V. 36) perspexissent (VIII. 13. 52. f. 59), & ad recens quoque miraculum stuperent ac cæci[46] essent (IX. 39. coll. 28. f. 34), quamvis eventum ipsum, de quo accurate cognoverant (v. 13. ss), negare non possent (v. 18), operis vero divinitas, quam solam pars in dubium vocarunt (v. 16. 24), tam manifesta esset, ut rudis cæcus eam non modo videret, sed ea etiam evidentia demonstraret (v. 30. ss), quæ nihil in hac re videre volentibus, præter convicia & vim, nihil reliquum faceret (v. 28. 34), ipsaque, quam in lucem protulit, hostium impotentia confirmaret, istis non argumenta idonea, sed veri amorem (VIII. 40. 42—47. 55) deesse. Uno verbo, divinitus (not. 44 b) ita paratum fuit, ut vis maxima in luce collocaretur, quam *miracula* Domini (v. 18. coll. IX. 17. 25. 27. 30 ss) ad confirmandum (cf. VIII. 13) testimonium Jesu de se ipso (v. 12. IX. 37) apud animum quemque non morosum (v. 41) afferant (v. 38. f.).

IX. 34. Ut formulam: *εν αμαρτιαις συ εγεννηθης ολος*, pro mera hominis longe pessimi descriptione, vitia, *cum natali-*

46) v. über den Zwek Joh. p. 10.

talibus allata, penitus excludente, dubitemus putare, hac maxime caussa movemur, quod e versiculo 2. intelligimus, vitium in corpore, cum quo *natus* fuerat cæcus, ejusdem peccatis, *natalem prægressis*, assignari consuevisse 47), nec igitur alienam ab ista cogitandi ratione hanc interpretationem esse: tu vitiosus totus *natus es*, quum corporis nativum vitium arguat vitiositatem 48), qua ante te natum animus tuus jam infectus fuerit. Ergo hic certe locus non probat, formulas loquendi has (Ps. LI. 7): vitiosum 49) *nasci* aut *gestari in utero*, inveteratum universe malum exprimere, *nec proprie ad ipsum hominis ortum pertinere*. Etiam διαλεκτος εν η εγεννηθη τις (Act. II. 8) non est lingua (cf. *Raphelium* ex *Polyb.* in l. c.) aut dialectus, qua quis *mature* locutus est; nam hæc etiam alia esse poterat, ac domestica (v. 11) & vernacula, sed cui (εν η, v. supra ad Luc. XIX. 38) natus est aliquis, cujus usurpandæ caussa *in natalibus* sita est, qua utitur, quia hac regione (Act. II. 9—11), non alia, *natus* est.

IX. 36. 37. Quod si natus cæcus Jesum, unde cæcus abductus fuerat (v. 6. s. 11.), non continuo agnovit, ut obviam ei factus est (v. 35), mirari desinemus, quid caussæ fuerit,

47) cf. celeberr. *Michaelis* p. 123. ss.

48) l. c. p. 128.

49) cf. Comment. in ep. ad Hebr. p. 654. ss.

rit, quare hominem, qui de Jesu (v. 11) magnifice senserat (v. 17. 27. 30 ss), nulla suspicio prehenderet (v. 36), filium Dei (v. 35) esse eundem, cum quo colloqueretur (v. 37), magnum virum, cui facultatem oculis bene videndi deberet. Neque enim noverat, cum eo se colloqui, unde beneficium acceperit (cf. Ven. *Hessium* l. l. T. I. p. 323). Quæ ipsa caussa fuit, quamobrem Jesus non satis haberet respondere: ο λαλων μετα σου εκεινος εϛιν (ο υιος τȣ θεȣ), sed *ad patefaciendum se colloquenti* præmitteret: εωρακας αυτον. Etenim hæc verba non accipienda sunt in eam sententiam, quam sequentia satis exprimunt, nempe *præsentem adesse* filium Dei, sed, vultu Domini sermonem adjuvante (cf. b. *Semleri* Paraphr. P. I. p. 340), hoc potius significarunt: „*nunc* (cf. v. 15. cum v. 25. 19. 21.) *vidisti* filium Dei, qui te nuper (v. 1. ss) jam viderat, tunc vero nondum abs te adspici poterat.” Admonitus igitur, hunc eumdem, quem ex accepto beneficio *prophetam* agnoverat (v. 17), pro filio Dei velle haberi (v. 35. 37), non dubitavit cæcus natus, tam veracis magistri auctoritate duci (v. 27) Jesumque ut filium Dei venerari (v. 38). Nullam scelaratissimi mendacii suspicionem (X. 31. 33. 36) in talem (v. 37. s.) virum cadere, jam ante (IX. 31—33) didicerat.

X. 1—16. Universum hunc locum superior historia (c. IX), cui & ipsum principium (X. 1) continens est, & reliqua etiam arctissimis vinculis (v. 6. s. 21. 19. coll. IX. 16) conjuncta

juncta sunt, majore luce circumfundit.[50] Moderatores populi Israëlitici cæcum natum, odio, in quo Jesus ipsis fuerat, recusantem obsequi (v. 24. ss), extruserant (v. 34. s.) populo (v. 22), seu (Ps. LXXIX. 13. LXXX. 2) grege Dei. Per hanc occasionem Jesus recogitavit de veritate rei, ex qua ii demum, qui per ipsum (Jo. X. 9. [51]) ad civitatem Dei introirent, vero [52]) Dei populo adscripti, *re vera de grege Dei essent* (v. 9), ut igitur cæcus natus, quamvis ejectus a Pharisæis de populo Dei, imo ob eam ipsam caussam (v. 9), ob quam exturbatus fuerat (IX. 27. s. 22), vera Dei civitate receptus esset. Similiter & iis, qui populo Dei legitime præesse, *pastores ovium re ipsa esse* vellent, aditus ad gregem per Jesum (X. 7) dabatur (v. 2. s.), ut Joanni baptistæ (I. 31. III. 28. I. 7. s.), & constitutis a Jesu, ad populi indigentiam solito magis accommodatis, doctoribus (cf. Matth. IX. 36. ss. X. Luc. X. 1. 2), quibus, sicut Joanni (VII. 29. s. XX. 5. s.), obtemperaverant multi, pluresque posthac (Matth. XXIV. 9—14) obtemperaturi erant, non obstantibus (Jo. X. 4. s.) minis adversariorum Jesu, quas (IX. 22) cæcus natus, sicut alii (X. 8), item hoc ipso tempore contemserat (IX. 24. ss). Pharisæi (v. 40.

13)

---

50) cf. über den Zwek Joh. p. 21. ss. & perill. *Michaelis* ad X. 1-5. p. 129.

51) cf. VIII. 36. XIV. 6. I. 12.

52) cf. VIII. 39. s.

13) contra, qui populo ita præerant, ut Jesum (X. 7) præterirent (v. 1) atque fastidirent (IX. 22—34. VII. 47. ss. Matth. IX. 34), non pastorum, sed *furum* instar habebant (Jo. X. 1. 8.), vim gregi afferentium (cf. IX. 22. 28. 34.). Hactenus se *januæ* Dominus comparaverat (X. 7. 9.), qua in ovile ingredi cum pastores legitimi debeant (v. 1—3), tum oves (v. 9). Sed quum furibus, a quibus legitimos *pastores*, per ipsum (v. 7) admissos, antea (v. 1. ss) sejunxerat, se ipse v. 10. opposuerit, jam (v. 11. ss) se quoque ipsum *pastori* confert, sed ita, ut se eximat e reliquis pastoribus, quos a furibus supra disjunxerat. Hac autem nota a ceteris, h. e. a *mercenariis* 53) pastoribus (v. 12. 13) internosci vult, quod grex sive populus Dei, *ipsius*, tanquam 54) filii Dei (v. 15. 17. f.), *proprius* 55) sit (v. 12. 14. 16. 26. f.), eamdemque ob caussam (v. 12. 13) sin-

---

53) cf. IV. 36. 1 Cor. III. 5. 8. IV. 1—5.

54) cf. Ebr. III. 6. Matth. XXI. 37. f. Joh. XVII. 9. f.

55) Etiam reliquis pastoribus v. 3. 4. oves *propriae* esse dicuntur, quatenus grex cum pastoribus mercede conductis vel servis *conjunctionem* habebat, quæ cum ἀλλοτρίοις (v. 5), rerum alienarum appetentibus (v. 1. 8. 10), nulla prorsus erat. Velut ἴδιοι Act. XXIV. 23. non *peculium*, sed *familiares* & *sectatores* sunt (v. *Raphelium* ex *Polybio* & celeb. *Lœsnerum* in l. c.), & ἰδία πόλις non est, cujus *dominus*, sed cui propter *habitationem* conjunctus aliquis sit (v. *Raphelium* l. c. ad Matth. IX. 1). Verum cujus grex *separatim a mercenariis* (Jo. X. 12), gregi utcunque conjunctis (v. 3. 4), proprius est, is *dominus* est gregis.

ſingulare, quod in neminem alium cadat 56), ſtudium curamque in gregem ipſe conferat (v. 11. 15.). Neque etiam hæc notio ex ſuperioribus nexa non eſt. Nam pro *filio Dei* a cæco nato, quem in vero Dei populo, quamvis ejectum a Phariſæis (IX. 34. ſ.), adnumeravit (X. 8. 9. coll. IX. 39), haberi voluit (v. 35—38), eademque dignitas etiam a ceteris, qui

56) Mercenariis de ovibus curæ eſſe, v. 13. non ſimpliciter, ſed *comparate* negatur, uti Paullus 1 Cor. IX. 9. non inſitiatur, boves Deo curæ fuiſſe, ſed (v. 10) *praecipuam* eorum in lege prolata rationem habitam fuiſſe negat. Mercenarius ſibi gregem non habet *ſummae* & *ſimili* curæ, *atque dominus*. Quod ut accommodate ad Chriſtum & reliquos doctores, quamvis bonos (not. 53), intelligatur, cogitandum eſt, non de qualibet cura, quamvis impenſiore & periculoſa, ſermonem eſſe, ſed de ejusmodi morte, qua pro ovibus obeunda (Joh. X. 11. 15. 17. ſ.) univerſus (v. 16. coll. VI. 51) grex a communi pernicie (X. 12) liberetur & perfecta ei ſalus (v. 10. 28) afferatur (III. 15. ſ.) Illam perniciem ab univerſo populo Dei depellere, hoc conſilio mortem oppetere, nemo (1 Cor. I. 13) eorum, quorum grex proprius non eſſet (v. 12. coll. III. 4. ſs.), inſtituit vel animum induxit. Tantum (Eph. III. 8—12. 18. ſ.) conſilium humani animi anguſtiæ ne recepiſſent quidem, niſi eſſet animus humanus, Deo unice conjunctus, qui per ſingularem & unicam, qua ducebatur, caritatem Patris (Jo. X. 17) & (v. 12—14) populi, qui Patris eademque de cauſſa ipſius proprius eſſet, tantam curam ſuſcipere ac ſuſtinere, & per ipſam illam cum Deo conjunctionem ſuam (v. 30. 38) confidere (v. 17. ſ.) potuiſſet, vitam, pro populo Dei profundendam, ſe recuperaturum eſſe, ut cura ſua ac providentia, quamvis mortuus, porro juvare queat cariſſimum Dei populum (v. 28). cf. S. V. *Reinhardi* præclarum librum über den Plan, den der Stifter der chriſtl. Rel. zum Beſten der Menſchen entwarf.

qui de grege Dei esse gestirent, Pharisæis (v. 22. 24. 29. 34) non auditis (X. 8), agnoscenda erat (v. 14. coll. v. 15. & v. 26. s. coll. v. 29. s. 36—38).

XI. 51. Formula: *αρχιερευς ων τȣ ενιαυτȣ εκεινȣ*, non illud dicere videtur, Caipham *propterea, quod* pontifex esset, vaticinatum fuisse, sed hoc potius sibi velle putamus Joannem, Caipham, *quamvis* 57) eo anno, quo Jesus interemtus fuerit, pontificatum gesserit, ideoque inter capitales hostes Jesu præcipuum locum obtinuerit (XVIII. 13. s. Matth. XXVI. 62. ss), inscientem tamen & invitum (*ȣχ αφ'εαυτȣ*) mortis Christi gloriosissimam faciem præsignificasse, ut igitur judaicus pariter, ac ethnicus (Jo. XIX. 19—22), magistratus in caussa Jesu præter opinionem suam, providente 58) Deo (*ȣχ αφ'εαυτου*), quod res erat, pronunciaverit. Neque igitur necesse est, ut locus noster cum versiculo sequente absque ulla auctoritate pro glossemate habeatur. (cf. Beytr. zur Bef. des vern. Denkens in der Rel. P. V. p. 12. f.)

XIV. 10—12. *Τα εργα* h. l. *non de miraculis* Christi, sed de universa cura operaque, quam Christus in hominibus docendis atque emendandis posuerit, accipienda esse, his rationibus confir-

57) cf. IX. 25. X. 33. Philem. 8. not. 131. *Raphelii* Annott. ex Herodoto ad Rom. I. 32.

58) cf. *Grotium*, Ven. *Rosenmüllerum*, & perill. *Michaelis* in l. n.

firmat Vir doctus aliquis 59), quod miracula Jesu cognitionem Dei (v. 7—9) non magis adjuverint, quam similia veterum prophetarum miracula, quæ non minora divinæ potentiæ argumenta fuerint, quod porro apostoli non possint dici (v. 12) *majora* iis, quæ a Christo edita fuerint, *miracula* perpetrasse, cum contra de ignorantia hominum & *απιςια* luculentiorem triumphum egerint, ad quam interpretationem denique etiam subjecta ratio: *οτι εγω προς τον πατερα μυ πορευομαι*, melius conveniat. Jam facile quidem consentimus, miracula Christi *per se sola* non dedisse luculentiorem illam, quam a Christo accipere debebamus, cognitionem Dei. Quod si vero conjungantur cum doctrina (*τοις ρημασι* v. 10) Christi, perfectiorem Dei cognitionem, quam doctrina Jesu audienda capere licet, hac ipsa *confirmanda* (v. 11) plurimum sane adjuvant. Miracula ejus certe auctoritatis testimonia sunt, quam sibi tribuit homo, per quem talia evenerunt. Atqui Jesus *dixit* (v. 7. 9. s.), se esse legatum summi ordinis, cui singulares cum Deo necessitudines intercederent, quales Moses & alii prophetæ numquam sibi sumserunt. Unde intelligitur, quemadmodum miracula Jesu conjunctionem ipsius cum Deo probare potuerint, qualem & quantam miracula prophetarum non ar-

59) Beytr. zur Beförderung des vernünftigen Denkens in der Religion P. XIV. p. 69. ss.

arguerunt. Alterum vero illud, quod majora ab apoſtolis 60), quam a Chriſto, miracula patrata non fuerint, libentiſſime concedimus. Et *Roſenmüllerus* quoque, Vir. S. V. (T. II. Schol. in N. T. p. 417. ed. 3) intelligit opera *μειζονα effectu*, quoniam ſcilicet per apoſtolorum *miracula* multo plures adducti ſint ad religionem chriſtianam, *Michaelis* autem, Vir perill. (Anm. P. II. p. 165. ſ.) vocem *εργα*, quam ad *μειζονα τȣτων* pariter cogitatione adjungit, non jam, ut ante, de miraculis accipit, ſed de *alio operum genere*, nimirum de multarum gentium lætabili converſione, quam Ven. *Roſenmüllerus* ut effectum *miraculorum* ſpectavit. Sed nec neceſſe quidem eſt vocem *εργων* ad *μειζονα τȣτων* ſubaudiri & aliter, quam ante, intelligi. Licet enim ſic vertere: „miracula (opera), quæ ego edo, etiam vos edetis, *hisque rebus* (miraculis) *majores* 61) *res* (non: *μειζονα τȣτων* ΕΡΓΑ, cf. Jo. V. 20) efficietis, ipſum, quo miracula eduntur, conſilium plenius, quam ego, qui ad patrem revertor eaque de cauſſa meum inceptum ipſe præſens peragere nequeo, ſed vobis pertexendum relinquo, aſſequemini multoque plures, quam ego, ad fidem mihi habendam adducetis, meorum laborum fructus percepturi (cf. IV. 35—38)."

XVI.

60) Totus contextus (v. 9. 11. 13. ſ.) loquitur, ο πιϛευων εις εμε (v. 12) idem valere quod ο ΕΝ ΥΜΙΝ πιϛευων εις εμε.

61) cf. 1 Cor. XII. 31. XIII.

XVI. 4. Illud: *a principio* (εξ αρχης), non ita premendum 62) esse, ut *ipsum* conjunctionis apostolorum cum Christo *primordium*, excluso quovis alio tempore, significetur, ex ratione subjecta intelligimus, quæ multo latius patet, & ad omne *conversationis mutuæ* tempus pertinet, cum discesseris a supremis diebus, quibus se tanquam non amplius versantem cum suis spectare Jesus amavit 63). Sed de incommodis difficultatibusque (v. 2. f.), quibus discipuli afficiendi essent, dudum ante, quam discessum a suis pararet (οτε μετ᾽ αυτων ην), etiam ante (Matth. V. 10—12. IX. 15) celebrem illam missionem apostolorum (X. 16. ss), verba Dominus fecerat. Contra ea de *missione Spiritus divini* nunc demum 64), quum apostoli dudum versati fuissent cum Christo (Jo. XV. 27), atque, eo discedente, novo, qui in ipsius locum succederet, monitore opus haberent (XIV. 16. f. 25—27. XVI. 13—15), expressius atque enucleatius præcipuere instituit. Jam capite superiori tum de *calamitate discipulos afflictura* (XV. 18. ss) tum de *Spiritus divini missione* (v. 26. f.) præceperat. Quid igitur? si versiculi nostri al-

62) cf. celeberr. *Rosenmüllerum* & *Michaelis* in l. n.

63) cf. nostrum μεθ᾽ υμων ΗΜΗΝ cum XVII. 12. (über den Zwek Joh. p. 189. f.).

64) Dixerat quidem ante de Spiritu divino (Jo. VII. 38), ejusque auxilium promiserat discipulis (Matth. X. 20. Luc. XII. 12), sed divinum illum Spiritum, quod nec necesse erat, *dum maneret ipse apud suos* (Jo. XVI. 4. extr.), non descripserat ut monitorem *ipsi succedentem* & ab ipso, *quum profectus fuerit*, mittendum (v. 7. XV. 26).

alteram partem ad *missionem Spiritus sancti* referamus 65), quemadmodum prior pars cum superioribus versiculis *discipulorum ærumnas* respicit. Ad quam rationem directa versio hæc erit: „*ista* (de odio, in quod venturi sitis XV. 18. ss) dixi, ne offendatis in me (XVI. 1). *Ista*, inquam (v. 4), dixi, ut, quum aderit tempus, reminiscamini ea, neque, si quid vobis acciderit, imprudente me aut veterum amicorum negligente, videatur id accidisse. *Hæc* vero (de missione Spiritus sancti, vobis de me testimonium dicturis præsidio futuri XV. 26. s.) *non olim* 66) tradidi, quia (cf. not. 64) vobiscum eram, *nunc* vero, quum in eo sum, ut discedam a vobis (XVI. 5), de hac caussa, quæ lugentibus discessum meum (v. 6) adhibere potest maximam consolationem (v. 7), non possum non præcipere (v. 8. ss)." Neque huic interpretationi obstat *duplex* ταυτα (v. 4), tametsi *græca* dicendi consuetudo versiculo primo &, quod illuc redit, initio versiculi quarti εκεινα flagitasset. Nam ex usu loquendi *hebraico* idem ταυτα *iterari* 67) licuit. cf. Coh. III. 19. 1 Cor. VI. 13. XVII.

65) Hæc certe ipsa caussa mox v. 5. similiter tractatur, ut v. 1-3. priorem locum de *calamitate apostolorum* executus est Dominus. Ergo *quartus* versiculus *transitionem* exhibet, qua Dominus &, quid v. 1-3. dixerit, commonet, versiculo 1. repetendo ac breviter explicando, & ad reliquum ex c. XV. locum (v. 26. f.) tractandum (XVI. 5-15) progreditur.

66) Εξ αρχης (*olim*, cf. über den Zwek Joh. p. 385. & Ven. *Schleusneri* Spicileg. I. post *Bielium* p. 18) disjungitur a *praesentis* temporis indice vocula νυν (XVI. 5).

67) Etiam tum, cum formula: *ille* — *hic*, significat *alium* — *alium*, idem pronomen demonstrativum (apud LXX. ουτος) solet *iterari*. cf. 1 Reg. XXII. 20. Ps. XX. 8.

XVII. 15. Hanc petitionem: *ινα τηρησης αυτȣς εκ τȣ πονηρȣ*, ipse Joannes 1 ep. V. 18. illustrat. Itaque *τȣ πονηρȣ* est genitivus *masculini*, *diabolum* significantis, qui & v. 19. & ab ipso Christo (Jo. XII. 31. XIV. 30. XVI. 11) conjungitur cum pravis hominibus (*τω κοσμω* XVII. 14. 16), inter quos apostoli vivere porro debebant (v. 15), & *τηρειν εκ τȣ πονηρȣ* est *conservare* (v. 11. f.) atque ita liberos præstare *a* 68) *diabolo*, conservando efficere 69), ut (tanquam *οντες τȣ Θεȣ* v. 9. 70) *εκ τȣ Θεȣ* 1 Jo. V. 18. f.) cavere sibi (*τηρειν εαυτȣς*) possint, ne 71) diabolus ipsis noceat. Quæ omnia huc tandem redeunt (v. 18. init.), quorsum S. V. *Næsselt* 72) verba Christi accipit: *ut serventur integri a scelere*.

XVII. 19. Etsi verbum *αγιαζειν* frequentatur 73) de sacerdotibus inauguratis, dubitamus tamen locum nostrum in hunc sensum interpretari, ut Jesus dicat: Atque ego ipse vel apostolorum caussa *tamquam legatus Dei veni* (*αγιαζω εμαυ-*

68) Velut *ανανηφειν εκ της τȣ διαβολȣ παγιδος* (2 Tim. II. 26) hoc sonat: *redire ad se* & expedire se *ex laqueis diaboli*. cf. *εκ* 1 Sam. XXIV. 16. 2 Sam. XVIII. 19. 31. pro quo (2 Reg. V. 6) sæpius legitur *απο* (v. 3. Ebr. V. 7. not. s).

69) cf. 1 Petr. I. 5.

70) *τηρȣμενοι εν τω ονοματι τȣ Θεȣ* v. 11. f. cf. Diss. I. p. 89.

71) cf. über den Zwek Joh. p. 174.

72) Prolus. in Evangel. Joh. cap. XVII. A. 1782. p. 12. (Opusc. Fasc. II. n. III.).

73) v. Prolus. laudatam p. 13.

εμαυτον) in has terras, ut & ipsi tamquam doctores & legati Dei inaugurarentur per veram doctrinam. Ut enim omittamus de insolentia formulæ ipsius 74), *præsens* certe tempus ab eo sensu, quem voci αγιαζω (non: ηγιασα) tribui vidimus, tanto alienius esse videtur, quod Christus in hoc capite non modo de missione sua in has terras (v. 8. 18. 21. 23. 25), sed & de vita sua in his terris (v. 4. 11. s. not. 63) tamquam de re *præterita* loqui solet. Neque etiam significatus *devovendi*, *offerendi ad mortem* 75) a contextu alienus est. Nam Jesus pro apostolis (cf. XV. 12. s.) se ad mortem obtulit, ut, qui per doctrinam divinam 76) Deo consecrati essent (XVII. 17), *vere* essent Deo consecrati, ut, impetrata *per mortem Christi* 77) peccatorum venia (cf. Act. XXVI. 18) & derivato in ipsos (Jo. XVII. 26.

74) Alibi saltem Christus non dicitur *se ipse* inaugurasse aut emisisse in terrarum orbem, sed *missus esse a patre* aut *venisse* in mundum.

75) cf. ειναι αγιον Num. XVIII. 17. Lev. XXVII. 9. καθαγιαζειν v. 26. & perill. *Michaelis* Mos. Recht §. 193. P. IV. p. 101.

76) Ut apostoli per doctrinam *Christi*, cui fidem habuerant (XVII. 6-8), Deo consecrati erant, ejusdemque constante (v. 11. 15) fiducia ac obsequio (cf. VIII. 31. s.) *pergebant esse* Deo sacri, nam αγιασον illud XVII. 17. idem esse videtur (Obss. gr. p. 194), ac *conserva eos* tuos (v. 11) atque a κοσμω ejusque principe (τω πονηρω) sejunctos (v. 15): ita (v. 18) per divinam *apostolorum* doctrinam eaque duce collocatam in Christo fiduciam ac spem (v. 20) complures alii, pro quibus se Christus pariter devoverat (X. 11-18), evadebant & (1 Petr. I. 22 — II. 2) permanebant ηγιασμενοι. cf. I. 5. δια πιστεως Act. XX. 32. τω λογω της χαριτος τε θεε & XXVI. 18. πιστει τη εις εμε.

77) Comm. in ep. ad Ebr. P. II. §. 1. 7. 8.

26. 78) amore (X. 17) divino erga Christum, qui perfecte, & *ipsa præsertim acerbissima morte oppetenda* 79), Patri obedivit, cum ipsis, quamvis per se pœna tenerentur & ipsa, quam doctrinæ christianæ præstarent, obedientia in varias reprehensiones incurreret, tamen 80) puræ & sanctissimæ 81) civitatis Dei gloriosa beatitas communicari posset (XVII. 22. 24), ut, tametsi non illico (v. 15), re tamen vera a ceteris hominibus (τω κοσμω, quem pernicies manet III. 16. 1 Cor. XI. 32) separandi denique (Matth. XIII. 40—43. 49. s. XXIV. 31. 40. s. XXV. 32. ss) & communitate cum cœlestibus mentibus jungendi, *re ipsa* (εν αληθεια Jo. XVII. 19) & simpliciter, non comparate solum ad deteriorem ipsis κοσμον, ηγιασμενοι (populus Deo sacer, cf. Ap. XXI. 3) essent, reque obtinerent κληρονομιαν εν ΤΟΙΣ ΗΓΙΑΣΜΕΝΟΙΣ πασι (Act. XX. 32. XXVI. 18). Simili oratione etiam Paullus consilium *mortis Christi* passim (Col. I. 12—14. Eph. V. 25—27. Tit. II. 14. Gal. I. 4. 82) Ebr. IX. 15. 23) expressit 83).

XVIII.

---

78) l. c. p. 592. s.
79) l. c. §. 18.
80) l. c. §. 15. 14.
81) l. c. §. 13.
82) cf. perill. *Michaelis* Anmerkungen zu seiner Uebers. des N. T. P. III. p. 399.
83) Comm. in ep. ad Ebr. p. 412. ss. 173. s. 183. s. 608. ss.

XVIII. 4—9. Quando reliqui evangelistæ consentiunt, *Jesu adhuc colloquente* cum apostolis (Luc. XXII. 47), Judam *statim* (Marc. XIV. 45. Matth. XXVI. 49), *ut pervenerit* ad locum, in quo Jesus, obviam ei procedens (Jo. XVIII. 4), versaretur, osculo magistrum excepisse, quæstio Domini, de qua Joannes v. 4. mentionem facit, cum eventis (v. 5—8) ex ea nexis, osculum proditoris non videtur prægressa 84) fuisse. Nempe cum tolerasset Dominus & verbis castigasset perfidam osculationem (Matth. XXVI. 49. 50. 85), mox ipso facto declaravit (Jo. XVIII. 4—6), nec discipuli perfidiam nec sociorum vim ad ipsum capiendum valituram fuisse (v. 6), nisi manus dare ipsi deliberatum & constitutum esset (X. 18). Quod autem hostes impetum fecerint in comites Jesu (XVIII. 8. f.), quamvis personam ipsius Domini condicta nota proditor *jam ante* designasset, non magis mirandum 86) est, quam quod Jesum, qui indicium sui, *prævium certe* isti incursioni in discipulos, & verbis (v. 5) & facto (v. 6) ipse ediderat, deinceps (v. 7. f.) vel non agnoverint amplius vel non ausi fuerint ipsum continuo aggredi, quippe consternati (v. 6).

XVIII.

84) cf. celeberr. *Michaelis* in l. n. p. 190. f.

85) Quæ in altera versus 50. parte legimus, cum superioribus per τότε junguntur, neque igitur sic cohærent, ut historiam, a Joanne versiculo 4. extremo & deinceps narratam, interponere non liceat. cf. über den Zwek Joh. p. 318.

86) cf. b. *Bengelii* Harm. §. 194. 195. p. 530.

XVIII. 13—15. Τον αρχιερεα, cujus v. 15. 16. 19. 22. 26. mentio infertur, non Hannam 87), sed *Caipham* esse, præter Matthæi auctoritatem, qui τον αρχιερεα, in cujus ædes Jesum secutus fuerit Petrus (v. 15. s. coll. Matth. XXVI. 58), diserte *Caipham* appellat (v. 57), ipsa *Joannis* consuetudo loquendi persuadet. Nam αρχιερεως nomine Hannam universe non appellat hic auctor, sed Caipham ab eo ut τον αρχιερεα (κατ' εξοχην), seu ut αρχιερεα τȣ ενιαυτȣ εκεινȣ discernit (XVIII. 24. 13), tantum abest, ut Hannam videri possit versu 10. nedum v. 15. 26. unde *Caiphæ* τȣ αρχιερεως mentio *etiam propius abest* quam Hannæ nomen (cf. v. 13. s. 24), κατ' εξοχην usurpasse τον αρχιερεα. Deinde nec in eo recessit a consuetudine sua, quod de itione ad Caipham v. 13. 14. expressam mentionem non habet 88). Ut enim universe prætermittit, quæ a superioribus evangelistis exposita fuerant, id quod nemo dili-

87) cf. celeberr. *Michaelis* ad v. 13. p. 192.

88) Quamquam *Erasmus* & *Beza*, non improbante Ven. *Rosenmüllero*, ad verba τȣ ενιαυτȣ εκεινȣ v. 13. adjiciunt hæc: και απεστειλαν (aut απεστειλεν ουν) αυτον δεδεμενον προς καιαφαν τον αρχιερεα. Sed totum additamentum, quod vix una & altera auctoritate nititur, non videtur nisi glossema esse, propter difficultatem recepti textus e v. 24. huc translatum, id quod manifestum inprimis est e margine versionis Syr. posterioris, qui ad v. 13. ipsum versiculum 24. totidem verbis repetit (cf. Rep. für bibl. u. morgenl. Litterat. P. VII. p. 38). De altera auctoritate, qua *Erasmus* (in Annott. ad v. 12) & *Beza* (in N. T. ad v. 13) ducuntur, sive de *Cyrillo* Alexandrino cf. *Semleri* Paraphr. ad v. 13.

diligentius obſervavit ipſo perill. *Michaelis* 89); ſic quoque abitionem ad Caipham, e ceteris evangeliſtis (Matth. XXVI. 57. Marc. XIV. 53. Luc. XXII. 54. 90) cognitam, præterit, & obverſantibus animo narrationibus more ſuo id, quod incognitum erat, adjicit, hancque veluti notulam adſpergit 91), *ante*, quam Jeſus, ut aliunde conſtet, ad Caipham venerit, ductum eum fuiſſe ad Hannam, Caiphæ iſtius, ad quem ut αρχιερεα τȣ ενιαυτȣ εκεινȣ curſum præcipue contenderint, propinquum (Jo. XVIII. 13). Ceterum mox cogitatione progreſſum fuiſſe Joannem ad Caipham, ex eo intelligitur, quod in hoc viro unice commoratur (v. 14). Neque huic interpretationi adnotatiunculam illam v. 24. 92) obſtare, *Andreas Oſiander*, qui univerſe de hac cauſſa luculenter ſcripſit (Annott. in L. IV. Harm. evangel. c. 20. & 22), *Grotius* ad Jo. XVIII. 24. & alii dudum oſtenderunt. Nec diſſimilem notam XII. 18. reperimus, ubi pariter ad res *prius* geſtas ſic reditur, ut pro plusquamperfecto aoriſti (υπηντησεν, ηκουσε) ponantur. Accedit, quod Petrus de ſententia perill. *Michaelis*, in ædibus *Hannæ* 93), quamvis

89) Videſis e. c. ad v. 10. 24. & 28. n. 2. 3. p. 191. f. 196.

90) Marcus & Lucas item, ut Matthæus XXVI. 51. & Joannes ipſe (XVIII. 10), αρχιερεα τȣ ενιαυτȣ εκεινȣ (v. 13. XI. 49. 51) κατ' εξοχην dicunt τον αρχιερεα.

91) v. über den Zwek Joh. p. 239.

92) l. c. p. 240.

93) v. celeberr. Viri Annott. ad Matth. XXVI. 57. p. 274. ad Jo. XVIII. 13. 16. f. p. 192. f.

vis magister jam ad Caipham abductus fuisset (XVIII. 24), tamen per horæ spatium 94) frustra mansisset. Quod cum expectari nequeat ab homine, qui ædes illas dubitasset ingredi (Jo. XVIII. 16), & propter iteratam (v. 17. 25) sollicitationem jam proripuisset se (Matth. XXVI. 71. Marc. XIV. 68. f.), itaque *vacuam a magistro* domum Hannæ *repetere* & novæ solicitationi (v. 70. Jo. XVIII. 26) sine caussa se offerre debuisset; antiquiores interpretes metuerunt 95) potius, ne Joannis sententia primam negationem (v. 17) *Hannæ* ædibus assignari, reliquas duas (v. 25—27) in *Caiphæ* (v. 24) ædes conferri oporteat. Verum enim vero & hæc opinio, quemadmodum superior, ceteris evangelistis, qui perspicue in Caiphæ (Matth. XXVI. 57), τȣ αρχιερεως (Marc. XIV. 53. Luc. XXII. 54. cf. not. 90), domo *omnia* gesta fuisse tradunt (v. 54—62. Matth. XXVI. 57. 58. 69. 71. 73. Marc. XIV. 53. 54. 66. 68—70), sed præterea ipsi etiam Joanneæ narrationi repugnat, quæ XVIII. 25. manifesto ita revertitur ad versiculum 18, ut Petrum statuat ibidem loci fuisse, ubi v. 18—23. fuerat. Extremo caussa afferenda est, cur non sola Joannis, sed ceterorum quoque evangelistarum auctoritate nitamur, quamvis infitiari nolimus, Petrum, cum negaret Dominum, ita fuisse conturbatum, ut posthac non

94) cf. v. 25. f. cum Luc. XXII. 58. f. & celeberr. *Mishaelis* Annott. ad v. 59. p. 489.

95) cf. *Erasmum* in v. 12. *Casaubonum* ad v. 13. & *Andr. Osiandrum* l. c.

non accurate omnia meminisset 96). Quis enim præstabit, rerum Petri memoriam, quam Matthæus & Lucas complexi sunt libris suis, a Petro 97) citius manasse, quam a Joanne ipso, qui res istas diligentius observasse dicitur 98)? Neque etiam credibile videtur, Petrum, quamvis diu cum Joanne versatum, suas ipsius res, quas sæpius haud dubie secum recordatus est 99), ex Joanne curatius sciscitari neglexisse, atque ita Marcum, discipulum suum, & reliquos apostolos, ut Matthæum & eos, quibus Lucas usus est, in errorem 100) induxisse.

XVIII. 17—27. Quum Caiphæ colloquium cum Domino (v. 19. ss) inter primam negationem Petri (v. 17) & duas reliquas (v. 25—27) interjectum fuerit, ista vero omnis negatio inter quæstiones, quarum altera noctu (Matth. XXVI. 59—66. Marc. XIV. 55-64), altera vero mane (XV. 1. Matth. XXVII. 1. Luc. XXII. 66. ss. 101) in senatu judaico habebatur, interposita

96) cf. celeberr. *Michaelis* ad Matth. XXVI. 69—71. Luc. XXII. 63-71. p. 279. s. 489. ad Jo. XVIII. 16. p. 193.

97) l. c. ad Matth. XXVI. 69—71. p. 279.

98) l. c. ad Jo. XVIII. 25—27. p. 195.

99) v. Luc. XXII. 62. Marc. XVI. 7. celeberr. *Michaelis* ad Jo. XXI. 15—17. p. 223. & Diss. de sensu historico p. 3. s.

100) v. celeb. *Michaelis* ad Jo. XVIII. 17. p. 193. ad Matth. XXVI. 71. p. 280.

101) Quando Matthæus quoque & Marcus juxta cum nocturna quæstione matutinam commemorant separatim, nihil est, quod h. l. errorem Lucæ suspicemur (cf. librum cit. ad Luc. XXII. 63—71. p. 489. s.).

sita 102) fuerit (Matth. XXVI. 69. ss. Marc. XIV. 66. ss. Luc. XXII. 56-62); seorsum a senatu, quippe dimisso, donec illucesceret dies (v. 66), & *privatim* pontifex, de quo etiam solo Joannes mentionem facit, interrogasse Dominum videtur in atrio, ubi inter servos novum synedrii conventum præstolari Jesus deberet 103), & quorsum hoc intervallo pontifex descendisset 104). Unde intelligitur, quamobrem & servus aliquis ausus fuerit injussu pontificis 105) verberare Jesum (Jo. XVIII. 22) & præcise admo-

102) Nullam a Matthæo & Marco in exponenda Petri negatione temporis rationem habitam fuisse (cf. l. c. ad Jo. XVIII. 17. p. 193), vel propterea incredibile videtur, quod auctores laudati historiam Petri magna tantum ex parte, *non omnino* subjiciunt quæstioni in synedrio. Nempe *inchoatam jam* Matth. XXVI. 58. Marc. XIV. 54. narrationem *interrumpunt* exponenda quæstione de Christo in senatu habita, quæ cum rebus Petri nullam nisi temporis conjunctionem habebat, atque ita tandem illuc revertuntur (v. 66. ss. Matth. XXVI. 69. ss), unde oratio, chronologia duce, deflexerat.

103) Senatus in ædium pontificis superiore parte habitus fuerat. Sed, dimisso senatu, servorum custodiæ traditus (Luc. XXII. 63) eoque consilio in atrium reductus (cf. κατω Marc. XIV. 66) fuisse videtur Jesus, mane ad senatores, cum reverterint, sursum reducendus (Luc. XXII. 66). Unde intelligitur, quemadmodum in Petrum, inter servos in atrio versantem (v. 55. s. Matth. XXVI. 58. 69. Marc. XIV. 54. 66—68), ibidem asservatus magister intueri (Luc. XXII. 61) potuerit.

104) Ei Petrus Jo. XVIII. 18. cum servis assurrexerat. Etenim hic versus *cum sequentibus* videtur nobis conjungendus esse (cf. v. 25), non cum superioribus. Tum enim, cum Petrus primum negaret Jesum (v. 17), non stetit (v. 18), sed consederat (Luc. XXII. 55. s. Matth. XXVI. 58. 69. Marc. XIV. 54).

105) Pontifex nunc in ædium suarum atrio curiositatis gratia versabatur, non, ut Act. XXIII. 2. convocato senatui præerat. Imo Je-

 sus

admodum reſponderit Dominus (v. 20. ſ.). Ne enim dicamus, hoc quidem tempore Jeſum non vocatum fuiſſe in judicium, ſed privatim cum Caipha egiſſe, illud certe apparet, judicum ſententia jam damnato capitis (Matth. XXVI. 66. Marc. XIV. 64) & ſervorum libidini permiſſo (v. 65) non neceſſe fuiſſe denuo cauſſam dicere. Sed & parcendum erat præſentibus diſcipulis, cum Joanni 106), cujus forte obſervatio pontifici (cf. Jo. XVIII. 15. ſ.) anſam dederat ad interrogandum de diſcipulis Jeſu (v. 19), tum maxime Petro, cujus animo perturbato extremam ſollicitudinem allatura fuiſſet longior collocutio magiſtri cum pontifice, de diſcipulis quæſtionem habente. Eam vero præcluſit Dominus reſponſo ſuo (v. 21) cum proprio quidem ſuo incommodo (v. 22), quod autem leviſſime tulit, modo ne diſcipulorum moleſtiæ & curæ augeſcerent. Petrus certe, ut Jeſum capitis condemnatum in atrium deduci (not. 103) & mox ſceleratiſſime tractari (not. 105) vidit, tanto affectus eſt timo-

ſus auctoritate ſynedrii, dum rurſus cogeretur ſenatus, in manibus ſervorum erat (not. 103), qui exemplo ſenatorum diſcedentium (Marc. XIV. 65) didicerant, omnia ipſis licere in Jeſum capite jam (v. 64) damnatum. In hoc tempus, quo ſervorum aſſervantium petulantiæ objectus erat Jeſus, privata illa collocutio cum pontifice (Jo. XVIII. 18. ſs) non minus incidit, quam negatio Petri (v. 25. ſs). Quapropter injuriæ, omni illo tempore, quod inter utrumque ſenatus conventum interceſſit, Chriſto illatæ, cum ante negationem Petri (Matth. XXVI. 67. ſ. Marc. XIV. 65), tum poſt eam (Luc. XXII. 63—65) mentio fieri poterat. Re enim vera & præceſſerat & exceperat negationes Petrinas.

106) v. perill. *Michaelis* ad Jo. XVIII. 16.

timore, ut janitricis (v. 17), cum ſenatum dimiſſum eſſe & Jeſum a ſervis aſſervari intelligeret, ſpectatum accurrentis (Marc. XIV. 66), quumque Petrum ad ignem ſedentem conſpiceret (v. 67. Luc. XXII. 56. Matth. XXVI. 69), de ipſius familiaritate cum noto in ædibus Caiphæ diſcipulo Jeſu (Jo. XVIII. 15. ſ.) recogitantis, obſervatiunculam moderate ferre non poſſet. Ubi vero, pontificis, non ita multo poſt (Luc. XXII. 58) ſupervenientis, attentionem etiam ad diſcipulos Jeſu converſam eſſe, e propoſita magiſtro quæſtione (Jo. XVIII. 19) cognoverat, moxque a ſervis, inter quos, præſente pontifice, medius ſteterat (v. 18. 25), commotam [107] a janitrice (v. 17) ſuſpicionem revocari viderat (v. 25. Luc. XXII. 58), diſceſſum ex atrio paravit, hocque ipſo diſceſſu ſuo reliquorum ſuſpicionem ſic adjuvit & confirmavit, ut procedenti in veſtibulum (Matth. XXVI. 71. Marc. XIV. 68. [108]) tum, quæ primum (Jo. XVIII. 17. Marc. XIV. 67) ſollicitaverat, janitrix (v. 69), tum ſuccinens alia (Matth. XXVI. 71) ancilla, de neceſſitudine cum Jeſu exprobrarent. Quæ cum ita eſſent, minime nobis mirum videri debet, certatim a pluribus (Jo. XVIII. 25) undequaque impetitum [109]), Petrum, cui formidinem præſentia pontificis & quæſtio

107) cf. εμπροσθεν παντων Matth. XXVI. 70.

108) Verba: και εξηλθεν εξω &c. non ad ſuperiorem, de qua prior verſiculi pars exponit, ſed ad alteram (v. 69) negationem referenda eſſe, ex Matthæi loco intelligitur.

109) v. über den Zwek Joh. p. 240. & celeb. *Michaelis* ad Marc. XIV. 69. p. 347. ad Jo. XVIII. 25. p. 195.

ſtio de diſcipulis vehementer auxiſſet, non jam ſatis habuiſſe abnegare Jeſum, ſed & jus jurandum addidiſſe (Matth. XXVI. 72), & reverti in atrium per integram fere horam (Luc. XXII. 59) dubitaſſe, quumque ſuſpicionis commotæ memoriam hoc ſpatio non depoſitam fuiſſe, ſed indicia ingraveſcere 110), e plurium (Matth. XXVI. 73. Marc. XIV. 70) variis (Luc. XXII. 59. coll. Joh. XVIII. 26) ſermonibus intelligeret, magiſtro tandem, ut vehementiſſime poſſet (Matth. XXVI. 74. Marc. XIV. 71), renuntiaſſe.

XIX. 11. Chriſtus non id agere videtur, ut excuſabilius Pilati quam Judæorum crimen eſſe doceat, cujus demonſtrationis nec anſa deprehenditur in Pilati dictis (v. 9. 10), nec ratio 111) ſita eſt in principio ſermonis Domini, niſi vel cogitatione demum adjungamus ſententiam, verbis Chriſti non comprehenſam 112), unde conſequatur tandem, quod verſiculo 11. extremo infertur, tanquam ſi efficiatur ex *propoſitis a Jeſu* in verſiculi noſtri priore parte, vel ανωθεν illud; quod excipiunt verba δια τετο, temere ad ſynedrium & Caiphæ ædes 113), vel

110) Unum idque graviſſimum Joannes XVIII. 26. (cf. l. c. ad v. 26. 27), alterum Lucas XXII. 59. & reliqui evangeliſtæ prodiderunt.

111) Atqui partem alteram verſiculi 11. conſequentem eſſe priori, verbis δια τετο patet, quæ a pluribus interpretibus neglecta eſſe videmus.

112) Exemplo ſint *Grotii* & *Bengelii* annotationes ad δια τετο.

113) cf. *Semleri* Paraphr. P. II. p. 235.

vel ad templum 114), ubi Jesus ne condemnatus quidem fuerat 115) synedrii sententia, trahatur. Sed in illa enunciatione, quod Pilatus nihil posset contra Jesum, nisi *cælitus* 116) ipsi facta esset potestas, continetur atque inest 117) hæc altera, caussam Jesu ab alia quavis sejungendam, ipsum *cælo conjunctiorem* aliis esse, qui vel sontes vel innocentes in jus vocentur, singulari prorsus Dei providentia 118) ipsum juvari nuncque odio hominum condonari, ad rogatum: ΠΟΘΕΝ ει συ, quod silentio præteriri (v. 9) nolit Pilatus (v. 10), non aliud respondere Christum posse, quam esse se ΑΝΩΘΕΝ 119), ideoque etiam pendere se ΑΝΩΘΕΝ (v. 11), nec frustra metuisse Pilatum (v. 8), ne humanitate superior & Dei filius esset (v. 7) idem, qui totus nunc in Pilati potestate esse videretur (v. 10). Quo constituto *sequitur* (cf. not. 111) omnino 120), ut *maximum* 121) fue-

114) cf. *Koecheri* Analect. in IV. evangelia p. 1262.

115) Matth. XXVI. 57—66. Marc. XIV. 53—64. Jo. XVIII. 15—28.

116) cf. *Grotium* ad verba: *ει μη ην σοι δεδομενον ανωθεν.*

117) cf. Jo. X. 18. cum v. 15. 17. Act. II. 23. cum v. 22. 24.

118) cf. Jo. III. 11—17.

119) cf. Jo. III. 31. VIII. 23. VI. 46. 62. & b. *Cansteinii* Harm. P. VI. p. 475. 476.

120) cf. Matth. XXI. 37. ss. Jo. XV. 22—24.

121) *Μειζων* idem esse putamus atque *μεγιστην*. cf. *Kypke* ad Luc. XXII. 26. p. 326.

fuerit eorum crimen, qui *tantæ dignitatis* virum Pilato cruce afficiendum (v. 10) tradidiſſent, &, quod judici, de poteſtate, quæ ipſi integra eſſet, glorianti, verecunde relinquebatur intelligendum 122), ut ejus quoque non parvum delictum fuerit, qui ſceleſtæ Judæorum voluntati, quamvis ipſe profiteretur aliter poſſe fieri (v. 10), tamen obſequeretur.

XIX. 32. f. Milites, qui cruci ſuffixis crura frangere debebant, alii habendi ſunt ab iis (v. 23), qui in crucem ſuſtulerant actosque in crucem cuſtodiebant. Neque enim illi, quemadmodum hi (Matth. XXVII 54. Marc. XV. 39), interfuerant morti Jeſu. Alioquin, cum crura duobus ſuffregiſſent, ad Jeſum non fuiſſent eodem conſilio acceſſuri, neque tum demum ex adſpectu mortuum intellexiſſent (Jo. XIX. 33), qui profecto tacite mortuus non fuerat (Luc. XXIII. 46—48). Ergo Pilatus *ex urbe miſerat* milites, qui petitioni Judæorum (Jo. XIX. 31) ſatisfacerent. Neque obſtat articulus, voci στρατιῶται (v. 32) additus. Is enim non neceſſario ſuperius commemoratos ſignificat, ſed *quosdam certos* dicit 123), quemadmodum *ſingulariter* uſurpatus articulus vernaculo *infinito* ſæpe reſpondet (VI. 3. 124) Matth.

122) Pilatus, qui non innocentiæ tantum (Luc. XXIII. 4. 14. 15. 22. Matth. XXVII. 18. 23. f.), ſed & magnitudinis Jeſu (v. 19. Jo. XIX. 8. f.) ſenſum habebat, aliqua ſaltem ex parte videtur intellexiſſe (v. 12), quid verba Jeſu (v. 11) ſibi vellent.

123) v. ſupra ad Marc. XVI. 17.

124) cf. perill. *Michaelis* verſionem vernaculam h. l. & Matth. XIII. 2. 3. Unde nec neceſſaria eſt emphaſis, quam Vir celeberr. (Annott. P. II,

Matth. XV. 29. Luc. IX. 28. coll. Marc. IX. 2. Act. XI. 13. coll. X. 3. 22).

ACT. II. 1—13.

Quam nuper opinione praecepimus 125) ill. *Eichhornii* sententiam, eam nunc plenius expositam & allatis rationibus commendatam reperimus (Allg. Bibl. der bibl. Litterat. T. III. p. 225. ss). Ne igitur graviora quaedam argumenta, cur discipuli Jesu externas linguas, quibus usi fuisse leguntur (v. 4. coll. v. 6. ss), jam antea cognitas habuerint, earumque usurpandarum facultatem non oporteat extraordinario Dei munere datam fuisse, silentio videamur transiisse, eas quoque rationes, quas Vir eruditissimus excogitavit, per hanc occasionem expendemus. Cum apostoli ea conditione fuerint (l. c. p. 241), ut scientiam peregrini in patria sermonis, imo externarum plurium 126) linguarum

P. II. p. 28) cum *Grotio* aliisque interpretibus articulo ante διδάσκαλος Jo. III. 10. tribuit, neque puncta recepta in voce במקום Gen. XXVIII. 11. alium sensum efficiunt, quam qui a Viro perillustri, praeeunte *Luthero*, in versione vernacula expressus est. cf. Obss. gr. p. 125. & Notit. histor. epp. ad Cor. interpretationi servientes not. 35. p. 18.

125) v. Neues Repert. für bibl. und morgenl. Litterat. P. III. p. 302.

126) Ut v. 9—11. *varias* diversasque gentes *universe*, non eas proprie, quas Lucas enumerat, intelligas (Allg. Bibl. l. c. p. 248. ss), tamen *plurium* gentium homines suam quisque vernaculam ex discipulis Jesu audiverunt (v. 6. 8. 11. cf. l. c. p. 238. 249. s.). Ceterum dubitatio, quae contra alteram, eamque communem, de auditoribus discipulorum Jesu (v. 9-11) sententiam e v. 9. affertur (p. 249. s.), sublata est a perill. *Michaelis* in Annott. ad l. c. p. 239. s.

guarum habuisse haud profecto dici queant: Viris doctis, ab usitatiore sententia recedentibus, necesse fuit sumere, praeter apostolos *etiam exteros Judaeos*, qui sermone, Hierosolymis peregrino, ut vernaculo uterentur, in numero discipulorum fuisse, qui v. 1. 2. congregati legantur (cf. l. c. p. 246. s.). Jam contrariae quidem sententiae fidem facere conati sumus in Nov. Repert. l. c. p. 308. Restat vero, ut argumentum videamus, ab ill. *Eichhornio* (Allg. Bibl. l. c. p. 228. 240) e *diversa*, quae v. 17. memoretur, hominum divinitus afflatorum conditione elicitum. Idem Spiritus divinus, cujus efficientia in apostolis cernebatur (v. 15—17. 33), ad plures omnino, quamvis diversissima conditione utentes (v. 17. s.), pertinebat (v. 39. 127), sed ut efficacia Spiritus *eo statim ipso tempore*, quo Petrus verba faceret, in *quovis hominum genere* conspicua fuerit, non magis necesse est, quam ut ενυπνια (v. 17) atque cetera, quae v. 19. s. leguntur &c, quomodocunque 128) interpreteris, in aliud certe tempus incidere dicenda sunt, *ejusdem illius horae momento* contigerint. Si quis laudatos versiculos ad phaenomena v. 2. 3. trahere velit 129), αιμα (v. 19) certe ne sic quidem demonstrari

127) v. Act. VIII. 14—17. X. 24. 27. 33. 44—46. XIX. 6. s. XXI. 9. 1 Cor. XII. XIV. cf. Nov. Repert. l. c. p. 289. ss. 300. s. 309. ss. 335. & perill. *Michaelis* ad Act. II. 17. p. 242.

128) cf. e. c. *Clarium* in v. 19. *Bengelium* ad v. 19. s. Ven. *Eckermannum* (Theol. Beytr. P. II. p. 98) & perill. *Michaelis* ad Joël. III. p. 68. s.

129) cf. Nov. Repert. P. II. p. 309. 313. s.

ri poterat a Petro, quique versiculo 20. 130) satisfecisset, eventus isto temporis momento pariter non extabat. Quin ill. *Eichhornius* in hujus diei historia ne πυρος (v. 19.) quidem ullum deprehendit vestigium, quando v. 3. non *phænomenon* quasi igneum agnoscit, quod Spiritus divini apostolis impertiti (v. 4. init.) & promissi, quod datum iis fuerat (I. 4. f. XI. 16. coll. Luc. III. 16), impleti signum 131) esset, sed *animi* inflammationem & quendam afflatum quasi furoris (ενθεσιασμον) more Rabbinico significari censet (p. 231—238. 245—247) his verbis: *ωφθησαν αυτοις διαμεριζομεναι γλωσσαι ωσει πυρος.* Verum nescimus, an ipsis illis locis, quos Vir doctissimus p. 233. f. ex *Schoettgenio* protulit, judaici scriptores credulis popularibus persuadere voluerint *phænomenon aliquod igneum*, cujus præsentia Deus studium legis & reliquarum scripturarum, quo Rabbini arserint, indeque captam ab iis voluptatem exornaverit atque illustraverit. Eamdem certe fabulam de igne circa R. Elieserem & Josuam flammante, quæ p. 234. affertur, alibi 132) cum hac adjunctione narrant, quod infantis circumcisi pater, a quo Rabbini *flamma cincti* in convivium adhibiti fuissent, *domui suæ timuerit, ne incendio excitato deleretur.* Atqui de ædi-

130) Hujus versiculi mentio (l. c. p. 309) nec repetitur p. 311.

131) Diss. I. p. 69.

132) v. *Danzii* Progr. de promulgatione evangelii haud obscuriore legali (in *Meuschenii* N. T. ex Talmude & antt. Hebræorum illustrato p. 747. f.).

ædificio nihil profecto ab *animi ardore* & studio metuendum erat. Fac vero, judæos istos auctores nihil aliud voluisse, quam animi impetum. Illicone sequitur, ut loquendi formulam, in scriptis Judæorum *multo recentioribus* repertam, cum Luca communicare liceat, qui nec mentionem quidem habet de lege Mosaica per ignem promulgata 133), nec formulæ πλησθηναι πνευματος αγιυ, qua sæpenumero (Act. IV. 31. 8. VII. 55. VIII. 17. X. 44. ss. XIII. 9. XIX. 6) utitur, ceu æquipollentem (cf. Allg. Bibl. l. c. p. 236. f.), alias unquam addit *flammarum velut ignearum* mentionem, sed hoc uno loco (II. 3) *inter alia phænomena sub sensus cadentia* (v. 2. coll. v. 6. & v. 4. coll. v. 6. 8. 11. cf. l. c. p. 229. 238. f.) de flammulis tamquam igneis (l. c. p. 232) commemorat? Ut autem revertamur ad sumtionem illam, quod l. n. expositam largitionem Spiritus divini etiam *exteri* Judæi participaverint, hanc vocem γαλιλαιων (v. 7) *sectæ* potius quam *patriæ* nomen esse, celeberr. *Eichhornius* (l. c. p. 247. f.) statuit ingeniose quidem, sed nescimus, an etiam ad contextum accommodate. Disjunguntur enim v. 8—11. non ορθοδοξοι Judæi (cf. l. c. p. 245), Judæis novatoribus (*sectæ* Galilæorum) contrarii (l. c. p. 247. f.), sed *patria* (v. 9—11) & *ver-*

133) At judaici isti loci ad unum omnes (cf. l. c. p. 748. Allg. Bibl. l. c. p. 233. seq.) *legis Mosaicae promulgationem* respiciunt expressamque de ea mentionem inferunt. Quod nec ill. *Eichhornius* diffitetur (p. 234. seq.). Latius vero sensim atque *simpliciter* usurpatam fuisse *ignis flammantis* imaginem de vi ac impetu mentis, sumitur (p. 235. f.), non confirmatur nisi loco Matth. III. 11. cujus longe alius esse potest sensus (Diss. I. p. 68. f.).

vernaculo sermone (v. 8. 11) distantes a Galilæis. Deinde ad hunc modum versiculus septimus & octavus non videntur apti inter se & cohærentes esse. Nam ex eo, quod loquentes *novis rebus* omnes *studerent* (hactenus *Galilæi* essent), intelligi citius poterat, quamobrem aliam ex alia novitatem admitterent, nuncque profanis etiam linguis res sacras efferrent, quam ut *propterea*, quod novatores omnes essent, mirari (v. 7) aliquis potuisset, unde (πῶς v. 8) exteri (novatores) vernaculo suo sermone in rebus sacris enunciandis auderent uti. Aptissimus contra ex superiore octavus versus est, si hominum, quos *in Galilæo solo* omnes *ortos* prætereaque nullis vel itineribus vel literis excultos (IV. 13) esse constaret 134), alios alio externo sermone locutos fuisse concedamus. Sed nec illud exploratum est, quod sumit Viri doctissimi interpretatio, nempe inauditum Judæis fuisse alius, ac sanctæ, linguæ usum in orationibus sacris (l. c. p. 244—246). Nam inter ipsas illas, quas ad Act. VI. 1. *Wetstenius* collegit, Rabbinorum sententias græcæ quidem linguæ, quam severiores Rabbini pariter cum quavis profana lingua repudiarunt 135), usurpandæ potestatem, quod & illustris *Eichhornius* monuit, complures permiserunt, una vero, quam ipse Vir doctissimus p. 245. exscripsit, *ejus* in universum *linguæ, quam* quisque *intelligeret*, potestatem dedit. Ergo

134) cf. Allg. Bibl. l. c. p. 241. & Nov. Repert. P. III. p. 308.

135) Adde *Schultensii* Præfat. in *Erpenii* Gramm. arab. p. LXII. LXIII.

go per hæc ipſa teſtimonia, quorum antiquitatem ac fidem diligentius hoc loco exquirere non eſt viſum 136), Judæi inter ſe diſcreparunt opinionum diſſenſione. Jam veri non ſimillimum videtur, *exteros* Judæos, quibus concio illa Act. II. 5. magnam partem conſtabat (v. 8—11), quique cùm univerſe Palæſtinenſibus liberaliores prædicentur (l. c. p. 740. 742—745), tum profanas linguas, ipſis vernaculas, minus faſtidire adſueverant, de Palæſtinenſium opinionibus ſeveriſſimam proprie (cf. l. c. p. 245) ſecuturos & profano ſermone habitas orationes tam vehementer miraturos (v. 6. ſ.) fuiſſe, idque in ſecta, oriunda e Galilæa (v. 7), cujus incolæ Judæi, ut cum reliquis alienigenis commercium linguæ poſſent habere, alio, atque ſancto, nimirum græco ſermone frequentius uſi fuiſſe & de ceterorum Palæſtinenſium Judæorum ſeveritate plurimum remiſiſſe perhibentur (l. c. p. 740. 744—746). Ea denique, quæ l. c. p. 239—244.

---

136) Quamquam non temere ſuſpicamur, profani ſermonis interdictionem ipſamque, unde pendebat, opinionem de lingua & ſcriptione ſancta ea, quam tractamus, hiſtoria (Act. II.) recentiorem, priſcas vero, quibus decretum contra diſſentientes veteriſque libertatis tenaces Judæos confirmabatur, auctoritates Rabbinorum more commenticias eſſe. Nam ex XXII. 2. intelligitur, ne Hieroſolymitanos quidem, quamvis lubentius audierint vernaculam ipſisque domeſticam linguam, miraturos aut moleſte laturos fuiſſe orationem, externo ſermone de rebus ad religionem ſpectantibus (v. 1. coll. XXI. 28) habitam. v. perill. *Michaelis* ad XXI. 40. p. 418. Et ipſi Judæi apud *Buxtorfium* (Lex. Talm. p. 942) & *Wetſtenium* (l. c. p. 490) narrant, *orto* demum *bello Titi* cautum eſſe, ne quis filium ſuum in græcanicis erudiret. Adde locum a *Schultenſio* p. LXIV. exhibitum.

239—244. objiciuntur, noſtram certe interpretationem non attingunt, quæ nec apoſtolis nec reliquis, qui deinceps (not. 127) præditi fuerant dono linguarum, peregrinæ cujusdam *linguæ ſcientiam* tribuit, in homine, qui hanc linguam ſcientia comprehendiſſet, vel miraculo delendam vel perennem futuram, ſed, ejus proprie laudationis Dei (v. 11) aut precationis 137), quæ certo tempore fundebatur, *hoc nominatim exemplum* divinitus hoc tempore inſpiratum 138), verbis autem incognitæ precantibus linguæ ideo conceptum fuiſſe ſtatuit, ut in apoſtolis 139) admiratio efficeretur (v. 6—12) divinique, quod his doctoribus promiſſum fuiſſet, auxilii præſentia & adeptio (v. 33) confirmaretur 140).

V. 31. Jeſum, qui in crucem ſublatus fuiſſet (v. 30), Deus contra extuliſſe dicitur *tanquam ducem eumque σωτηρα*, h. e. extuliſſe, *ut eſſet dux σωτηρ* 141), evexiſſe in faſtigium ducis ſalutiferi, extuliſſe ad honorem ducis ſalutis (τȣ αρχηγȣ της σωτηριας), per quem Deus filios ſuos ad glorioſam beatitatem perdu-

137) Nov. Repert. P. III. p. 351. ubi lin. 3. pro hac voce: *Gebet*, typographi errore vocula: *Glück* irrepſit.

138) l. c. p. 350. 354. ſs.

139) cf. l. c. p. 308. 345—348.

140) l. c. p. 339—348.

141) Similiter VII. 35. Deus Moſen dicitur miſiſſe *tanquam ducem eumque* (Obſſ. gr. p. 241) *liberatorem* (αρχοντα και λυτρωτην), ſive, *ut eſſet dux liberator* (v. 36).

ducat (Ebr. II. 10), qui & Iſraëlitis reſipiſcentibus veniam dare peccatorum, eosque ex reis eximere & cœlo beare poſſit. cf. Comm. in Ep. ad Ebr. p. 590. ſ.

VIII. 14—17. Πνευμα αγιον conſpicua 142) quædam ſui documenta dediſſe, ex animadverſione rei (cf. θεασαμενος v. 18) & admiratione, qua Simon Magus afficiebatur (v. 18.ſ.), intelligi licet, nec improbabile videtur, quod argumento, ex ſimili narratione (XIX. 6) ducto 143), ill. *Eichhornius* (Allg. Bibl. T. III. p. 410. ſ.) docet, Samaritanos illos λελαληκεναι γλωσσαις 144). Quod ſi vero hoc ipſum a miraculo, cujusmodi eventis (VIII. 6. ſ.) jam ante motus fuerat Simon (v. 13), longe diverſum (l. c. p. 411) & nihil aliud fuiſſet, quam ridiculus pæne (l. c. T. II. p. 797) balbutientium (l. c. p. 800. ſs) & forte illacrymantium quoque ενθυσιασμος (l. c. T. III. p. 411. ſ.), veremur, ut obvia inter incultos homines 145) concitati animi ſigna Magum, qui ενθυσιασμον ciere dudum ipſe didiciſſet (v. 9-11), ſic affecerint, quemadmodum v. 18. ſ. legimus.

VIII. 26. 29. 39. 40. Cum *divinus Spiritus* (VI. 3), quemadmodum Stephano (v. 8), ita & collega (v. 5) Philippo (VIII. 6. ſ.

142) cf. Nov. Repert. P. III. p. 290. 301.

143) cf. quoque VIII. 16. cum X. 44. 46.

144) cf. Notitias hiſt. epp. ad Cor. interpr. ſervientes p. 68.

145) Allg. Bibl. T. II. p. 804. ſ.

6. f. 13) administro usus fuerit *miraculorum*, haud profecto incredibile nobis videtur, *ejusdem Spiritus extraordinario instinctu* Philippum se ad currum Æthiopis adjunxisse (v. 29), similique afflatu (v. 39) coactum fuisse, ut rursus se avelleret a viro, cum quo diutius versari voluisset. Illud enim assentimur ill. *Eichhornio* (l. c. T. III. p. 389), necessitatem discedendi non a vi externa, sed ab interno profectam fuisse impulsu, quali concitatus etiam applicaverat se Æthiopi Philippus. Verum uterque instinctus non secundum naturam, sed divini Spiritus efficientia ortus fuisse nobis videtur. Uti spiritus divinus Christi nuntios vi interna, cui resistere non possent, *adegit* certa loca adire (v. 29. XX. 22 ubi *Kypkium* velimus conferri), sic eosdem prohibuit ab aliis locis (XVI. 6. f.) vel avocavit & abduxit (ηρπασε VIII. 39). Quæ sequuntur verba: και ουκ ειδεν αυτον ουκετι ο ευνουχος, ea ne fugam quidem significare videntur, in quam Philippus se contulerit (Allg. Bibl. der bibl. Litterat. l. c. p. 390), tantum abest, ut portentosum discessum arguant. Nam subjecta ratio (cf. γαρ v. 39) docet, Philippum ab evnucho, postquam baptizatus fuisset, *eo* non amplius visum fuisse, quod Æthiopi ita satisfactum fuisset, ut *lætus* (quam vocem non necesse est nobis obiter tantum additam existimare cum *Grotio*,) iter suum pergeret, neque expectandum sibi esse censeret, dum, cognito loco, quorsum Philippus discessisset, convenire eum denuo & uberius consulere posset; minime vero *propterea*, quod oculis eunuchi vel

fuga

fuga vel raptus prodigiosus derepente subduxisset Philippum, ut ejus videndi potestas *invito* eunucho deesset. Cetera Philippus, Æthiope suam viam persequente, Aschdodum pervenisse ibique aliquantisper commoratus, deinde vero Cæsaream (cf. XXI. 8) profectus fuisse & in itinere per omnes urbes evangelium promulgasse traditur. Ultimi nimirum versiculi principium hoc sibi velle videtur, Philippum *iter fecisse Aschdodum ibique degisse* aliquod tempus (ΕΥΡΕΘΗ ΕΙΣ αζωτον). Ευρεθηναι enim idem valet, quod *esse*, *adesse* (cf. 1 Par. XXIX. 17. 2 Par. XXIX. 29. XXX. 21. 25. XXXI. 1. & *Euripidem* apud *Kypkium* ad Matth. I. 18. p. 2). Εις vero, præpositionem, si quis pro εν accipere (cf. LXX. Esth. I. 5. & *Polybium* apud *Raphelium* ad Marc. II. 1) & vertere malit: Philippus autem *commorabatur Aschdodi*, nihil quidem repugnabimus, sed prægnantem quoque constructionem (Obss. gr. p. 425. f.) sumere licet, quemadmodum κατοικειν εις τοπον utrumque dicit, cum habitare *in loco*, tum *concedere aliquo* habitatum (v. *Kypkium* ad Matth. II. 23. p. 12). Lucas certe etiam Act. XII. 19. dixit: ΕΙΣ την καισαρειαν διετριβεν (h. e. ευρεθη, ην), *profectus est Cæsaream* & ibi aliquamdiu commoratus est (v. *Krebsium* ad l. c. & ad Marc. I. 9), nec videmus, quamobrem l. n. verbum *eundi* non possit similiter inesse in præpositione εις. Sed & Marc. II. 1. Οτι εις οικον εστι vertere possis: *rediisse* eum *domum* ibique versari, Luc. XI. 7. verba: εις την κοιτην εισιν, interpretari queas: „liberi mei mecum *iverunt cubitum* & sunt in

in lecto propter me." Quod denique Philippus modo intus a Spiritu divino (Act. VIII. 29. 39), modo per angelum (v.26) monitus fuerit (cf. celeberr. *Eichhornium* l. c. p. 387. f.), desinimus mirari, quum recogitamus, etiam Paullum in simili caussa semel atque iterum a Spiritu divino intrinsecus (XVI. 6. f.), tum per visionem (v. 9), extrinsecus oblatam, a Deo (v. 10) monitum fuisse. cf. quoque b. *Bengelii* Annotationem ad vocem αγγελος VIII. 26.

X. 3—8. XII. 6—11. Hi præsertim loci ad hypothesin, ab ill. *Eichhornio* (l. c. T. III. p. 381. ss) propositam ad disputandum (l. c. p. 384. f.), minime nobis quadrare videntur. Ad exterminandam ex priore eventu angeli præsentiam sumi oportet (l. c. p. 392. f.), momentum aliquod historicum, quod universam narrationem luce demum circumfundat, silentio a Luca prætermissum fuisse. Jam querelas de gravi, quam Lucas hoc modo habiturus esset, suspicione pertinacis (not. 147) silentii, lectores in errorem inducentis, nolumus quidem verbis exaggerare, tametsi inter Mosaicam de Melchisedeco 146) & Lucæ de Cornelio narrationem hoc omnino interest, quod Geneseos silentium (Ebr. VII. 3) nec falsam de Melchisedeco ipso lectoribus opinionem inserit, cum suos ipsi natales, sua suprema fuisse per se intelligatur, & caussam aliquam habet, quæ constat ex sacris literis (Ps. CX. 4. Ebr. VII. 3. o), Lucas

146) l. c. T. III. p. 506.

cas autem sine caussa praeteriisse 147) dicitur momentum, cujus suppressio (l. c. p. 506) toti narrationi tantam noctem (l. c. p. 392. f.) offundat, ut, nisi comminiscamur ea (l. c. p. 391. f.), quae profecto non sunt naturae necessitas, quemadmodum certi hominis ortus & mors, nec per se intelligi, sed vel sic vel secus fuisse possunt, falsa praesentiae angeli cogitatio nobis injiciatur. Verum ea potius exponere libet, quae *diserte* a Luca commemorantur, at repugnant contra sumtionem illam, quod Cornelius antea de Petro audierit resque Petri & nominatim 148) ejus diversorium (Act. X. 5. f.) ex cive Joppensi, qui Caesaream forte venisset, percontatus fue-

147) idque semel atque iterum ac saepius. Quam enim prima narratio Act. X. 1—8. ex ill. *Eichhornii* sententia desiderat lucem, eam nec v. 22. nec v. 30—32. nec XI. 13. allatam videmus, ceu cauto opus fuisset, ne vel semel dicendo, quod res erat, insita opinio de angelo (X. 3. fs) evelleretur ex animo lectoris.

148) Ad quem divertisset Petrus, missi a Cornelio facile quidem a Joppensibus accipere poterant (l. c. p. 392). Sed hospitii praesignificatio (Act. X. 6. 32. cf. IX. 11) per angelum idcirco non est supervacanea habenda, cum ejusmodi res fortuitae, quas humana conjectura vel imaginatione omnium minime prospicere liceret, exquisito dictorum cum re ipsa consensu deprehenso, missionis divinae veritatem & oraculi humanitate superiorem originem omnium maxime confirmaverint (cf. e. c. Joh. I. 49. fs. IV. 17—19. 29). Unde alias quoque divinitus praemonstrata fuerunt, quae usitatiore via disci (Luc. I. 36) aut describi (Marc. XIV. 13—15) poterant. Neque profecto supervacaneum fuerat (Act. X. 20. 28. f. 45. XI. 2. f. XV. 7), omnibus modis firmare, Petrum Dei missu (X. 5. f. 30—32. coll. v. 33. 20) ad Cornelium venisse.

fuerit, tandem vero, Petri arcessendi proposito inter preces confirmato, hanc animi sui sententiam & internam quasi vocem, ea, quæ Cornelius ante cognovisset atque dubius agitasset, repetentem atque urgentem, sic arripuerit, quasi vox angeli esset, fortassis etiam, dum precationis ardore concitatus esset animus, temere 149) pro angeli voce habuerit (l. c. p. 391—396). Lucas igitur Cornelium non modo inter colloquium ipsum (v. 4—6), cum recens esset a precandi ardore (v. 30), sed & aliquibus post diebus (v. 9. 23. f.), quum ab eo pridem discessisset angelus (v. 6), seu (l. c. p. 396) finis interni, si placet, colloquii dudum factus fuisset, de angelo cogitantem fecit (v. 30. coll. XI. 13), &, quod maximum est,

149) Vere angelum adfuisse, hoc certe argumento (l. c. p. 394. f.) refelli non potest, quod v. 4. preces Cornelii *per angelum* delatæ ad Deum dicantur, quæ sententia non ad veritatem & angelorum sensa, sed ad judaicum errorem accommodata sit. Nam de angeli interventu nulla utique mentio habetur, sed preces Cornelii & misericordia, quæ certe amoris Dei (l. c. p. 393) testimonium esse poterat & hactenus commemoratione non indigna erat (cf. Matth. XXV. 35—40). penetrasse dicuntur ad cœlum (cf. *ανεβη* Ex. II. 23), ut Deus earum meminisset (*εις μνημοσυνον ενωπιον τȣ θεȣ*, cf. Sir. L. 16. & Lucæ ipsius interpretationem, quæ Act. X. 31. his verbis continetur: *αι ελεημοσυναι σȣ* ΕΜΝΗΣΘΗΣΑΝ ΕΝΩΠΙΟΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ). Illam vero dicendi rationem nihil aliud sibi velle, quam *exauditas* esse preces & misericordiæ, quam Cornelius adhibuerit, *rationem* a Deo *haberi* ipsique vicissim impartiri misericordiam, tum usu loquendi (cf. Ex. II. 23. cum v. 24. & Es. XXXVIII. 3. Ez. XVIII. 24. Ebr. VI. 10), tum propria Lucæ explicatione (Act. X. 31) patet.

eſt, ſic univerſe ſcripſit, ut non habuiſſet aliter ſcribere, ſi ponere voluerit, re quidem vera, non ſolum opinione, angelum adſuiſſe. Neque enim Cornelius audiviſſe tantum dicitur angeli vocem, ubi forte ſuſpicari aliquis poſſet, internam vocem ab imaginoſo homine pro externa acceptam fuiſſe, ſed vidiſſe angelum legitur *manifeſto* (ΦΑΝΕΡΩΣ X. 3), ejusque *formam obſervaſſe* (v. 30), & adſpectu *perterritus* etiam *fuiſſe* (v. 4), quæ profecto non eſt deſcriptio ſingularis *fidentiæ* firmæque confiſionis animi (einer beſonderen Geiſtesfreudigkeit, l. c. p. 395. 394) in re dudum ante cum animo agitata (l. c. p. 393. ſ.), ſed rei extrinſecus præter opinionem oblatæ, cujus rationem & conſilium exquiri demum 150) oporteret. Alterius narrationis (XII. 6. ſs) hæc perhibetur (l. c. p. 396. ſ.) ſumma eſſe, ut *modum* liberationis Petrus ipſe ignoraverit, ideoque beneficium acceptum ſingulari providentiæ Dei *univerſe* aſſignaverit, quod ipſum ſolum exprimat *angeli* mentio (l. c. p. 398. ſ.). Quod ſi vero Lucam audimus, de angeli inopinata præſentia, & de luce (v. 7), qua ſimul illuſtratus fuerit carcer, Petrus, cum ad ſe rediiſſet, non minus eſt recordatus (v. 11), quam de ceteris momentis, quæ v. 7. ſ. 10. adduntur. Alterum certe momentorum genus, cujus ſibi conſcium fuiſſe Petrum, ill. *Eichhornius* l. c. p. 397. ſ. concedit, ſuperioribus illis momentis (v. 7. init.) uno tenore & modo narrandi ſubjicitur, ut, niſi cupidius agatur, quam ad interpretis officium ac-

150) Confer quæſtionem: τι εςι κυριε (v. 4).

accommodatius, & contra angeli præſentiam, quamvis univerſe oppugnari non poſſit (l. c. p. 382. ſ.) niſi dubiis & controverſis argumentis, ſententia jam ante lata ſit, penitus nulla cauſſa perſpiciatur, quamobrem angeli & lucis (l. c. p. 399) præſentia (v. 7) ad liberationem apoſtoli non item pertinuerit, ut reliqua, quod, latere foſſo, expergefactus, catenis expeditus pallioque induto eductus fuerit Petrus (v. 7. ſ.). Jam haud illico quidem internoſcere potuit (v. 9), utrum iſta omnia, non modo angeli adventus & comitatus, ſed & res geſtæ per angelum (το γινομενον δια τȣ αγγελȣ v. 9), nempe liberatio ex catenis & carcere, per viſum duntaxat, futuri demum eventus forſan prænuntium, ipſius oculis objecta fuiſſent (cf. X. 10. ſs), an re ipſa contigiſſent. Simul autem, ut angelus, in quem oculos animumque Petrus adhuc defixerat & cujus ductum unice ſecutus fuerat (XII. 8. ſ.), ab eo diſceſſit (v. 10), converſis in ſe, qui nunc ipſe ſibi relictus erat & conſulere debebat (v. 12. ſs), atque in ſtatum ſuum oculis & cogitatione, mox animadvertit (v. 11), exiiſſe ſe e carcere, eo igitur modo, quem univerſum facile reminiſcebatur, ſed viſione tantum oblatum, non re exhibitum, adhuc putaverat, ipſius libertatem *vere* fuiſſe repræſentatam, *per angelum* (v. 11) *re ipſa* fuiſſe geſtum, quod ante quidem geri per angelum viderat (v. 7 ſ.), ſed dubius adhuc, num *in re poſitum* (αληθες) eſſet illud omne, quod ipſi videretur *per angelum* geri (v. 9). Liberationis non *modum* ac rationem, ſed

veritatem aliquamdiu ignoraverat apoſtolus. Et ne intelligi quidem poteſt alius modus, qui miraculo (cf. l. c. p. 399) vacaret. Quo enim alio tandem modo factum eſt, ut, quæ in carcere legimus eveniſſe (v. 7—10), *militibus* (v. 6. 10) *inſcientibus*, omnia contingerent? Quî Petrus, ut hoc unum exponamus, *inſcio utroque milite*, cui partim dextra, partim ſiniſtra manus (v. 7) apoſtoli ſua quæque catena (v. 6) alligata [151] fuerat, ex utraque catena ſine miraculo ſolvi potuit? Atqui milites ignorarunt (v. 18), quid factum eſſet Petro [152]. Neque etiam, ſi cognitum habuiſſent, Petrum ex cuſtodia ab ipſo præfecto (l. c. p. 399. ſs) vel alio quovis ho-

---

151) v. ad Phil. I. 13. x) *Benſoni* Paraphr. Erkl. u. Anm. über einige Bücher des N. T. T. II. p. 54. ſs. & perill. *Michaelis* ad Act. XII. 4. p. 352.

152) cf. *Raphelii* Annott. ex Xenophonte, *Elsnerum* & *Kypkium* in l. c. Eadem ratione dicendi Lucas etiam in evangelio I. 66. uſus eſſe videtur *Grotio*, de cujus ſententia, ad l. c. expoſita, ſic vertendum eſt: „quid eveniet huic puero? quæ ejus ſors erit?" Quamquam illud τι εϛαι comparari etiam poteſt cum formula ειναι τι (1Cor. III. 7) pro ειναι τι μεγα (cf. Act. VIII. 9. & *Koecheri* Anal. in IV. evangel. p. 696), quæ interdum, ipſo etiam τι omiſſo, effertur, ut τα οντα (1 Cor. I. 28) eos, qui *ſint aliquid* (v. 26), τα μη οντα eos, qui *nihil ſint* aut putentur vulgo (τα μωρα τȣ κοσμȣ, τα εξȣθενημενα v. 27. 28) ſignificet (cf. LXX. 2Sam. XIX. 7. & Col. III. 11. not. 20). Quo pacto, is erit ſenſus: *quantus* erit hic puer? Sed Matthæi certe locus X. 25. noſtro ſimilis eſt: „ſatis habeat diſcipulus, evenire ipſi pariter ac magiſtro (ινα ΓΕΝΗΤΑΙ ως Ο ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ αυτȣ), & ſatis eſſe debet, ſi eveniat (και ſc. αρκετον ινα γενηται) æque ſervo & domino (Ο ΔΟΥΛΟΣ ως Ο ΚΥΡΙΟΣ αυτȣ).

homine ereptum fuisse, poenam sive capitalem sive aliam 153) potius ipsi luere, quam in reum, ubi quaestio habebatur, (v. 19), crimen derivare maluissent. Si milites ipsos praefecto custodiae participes facias consilii de liberando Petro, quod tamen versiculus 18. non patitur, dum apostolus e carcere exibat, ipsi quoque in fugam se daturi nec quaestioni & poenae ipsi se objecturi fuissent. Quaestio de militibus habita & poena ex iis sumta (v. 19), quod bene *Chrysostomus* (Homil. XXVII. in Act.) admonuit, manifestum est testimonium *miraculi*. Nam si ullus alius modus excogitari potuisset, indicatus ab iis fuisset, qui viam elabendi, si qua patuisset, cognoscere facile poterant, & quorum intererat eam pandere, ut alio culpam derivarent. Eadem de caussa nec similem liberationem V. 19. s. *humanae arti* (Allgem. Bibl. der bibl. Litterat. T. III. p. 400) tribuere audemus. Neque enim apostoli e carcere a praefecto emitti poterant, custodibus (v. 23) nihil eorum, quae fierent, animadvertentibus, neque etiam judices apostolis infensi (v. 17. 33. 40), si qua iis suspicio fraudis incidere potuisset, tum a custodibus tum ab ipsis apostolis (v. 27. ss), quibus ergo liberatoris nomen silentio tegere (l.c. p.401.) ne integrum quidem fuisset, verum per-

153) cf. *Raphelium* (ex Polyb.), *Kypkium* & cel. *Loesnerum* ad v. 19. Ceterum non tam incredibile nobis videtur, sicut *Kypkio* l. c. p. 61. ob unum captivum, qui evaserat, sed *quem* hoc ipso tempore (v. 6. 19) *ad supplicium duci & Herodes & populus gestierant* (v. 3. s. 11), ad quem custodiendum singularis proinde collata fuerat diligentia & cura (v. 4. 6), etiam *capite plexos* fuisse milites.

perquirere neglecturi fuiſſent. At concitati in apoſtolos & inſenſi judices, quibus profecto fraudis, ſi qua ſuberat, detegendæ nec voluntas nec facultas deerat, quamvis de liberatis (v. 22. ſ.) apoſtolis ambigerent, ſeu (cf. *Raphelii* Annot. ex Polyb. p. 318. ſ.) diſputarent atque inveſtigarent, quid hoc rei eſſet (V. 24. cf. II. 12. & *Grotium* in V. 24), nihil inveniſſe leguntur (V. 35. 39), quod apoſtolis vitio & culpæ dari divinæque miſſionis prædicationi (v. 29. 32) confutandæ potuiſſet ſervire. Sed ignominiam profecto accepiſſet cauſſa apoſtolorum, nec moderata de iis conſilia vel propoſita (v. 35 ſs.) vel approbata (v. 40) fuiſſent, ſed cædis (v. 33) perpetrandæ ſpecioſa cauſſa reperta fuiſſet, ſi, diffidentes ipſi & deſperantes rebus ſuis, perfidia præfecti carceris abuti voluiſſent, non manifeſta Dei efficientia (v. 19-21) in templum reducti fuiſſent apoſtoli.

XII. 23. Sejüngendus eſt Actuum apoſtolicorum hic locus a reliquis, qui mentionem de angelis fecerunt. Nam ſi concedamus tantiſper, angeli mentionem & uſurpationem noſtro quidem loco unice comparatam eſſe ad mortem Herodis Agrippæ tribuendam communi providentiæ Dei, nihil ad ceteros locos (cf. Allg. Bibl. l. c. p. 407) ea res pertinere videtur. Neque enim Lucas n. l. tradit, viſum (cf. X. 3. 30. XI. 13. XII. 7) fuiſſe angelum aut locutum (cf. VIII. 26. XXVII. 23—25) cum Herode, ſed conſpicui eventus cauſſam efficientem affert, quæ *inviſibilis* non minus erat, quam cauſſa movens hæc: *ανθ' ων ȣκ εδωκε δοξαν τω θεω.* Ne multis, auctor

h. l.

h. l. *non narrat*, sed de narrata re *judicium interponit*. Verum enim vero nec incredibile quidem est, de Lucæ sententia morbum Herodis non providentiæ Dei universe, sed *angelo nominatim administro utenti*, esse assignandum. v. perill. *Michaelis* ad XII. 23. p. 335. Nec denique in hoc judicio vel Lucas vel apostoli, qui id præiverunt forte aut probarunt (v. über den Zwek Joh. p. 271—273), erroris convinci possunt, cum alia quoque, *divinitus extra ordinem* illatæ, ægrotationis & mortis exempla, eadem ætate edita, extent (XIII. 9—11. V. 5—11), nec, morbi Herodis principium a *naturali* caussa natum fuisse, demonstrari (Allg. Bibl. l. c. p. 406. f.) possit necessarie. Demus enim, quæ dubitare licebat (v. laudatum *Michaelis* l. c. ad v. 21. p. 334. & Einl. in die göttl. Schriften des N. B. p. 66), Herodem, argenteo amiculo amictum, *ante solis ortum* prodiisse in theatrum. Illicone sequitur, hoc constituto, ut ex refrigeratione, de qua *Josephus* certe nihil memorat, terrori citius, quem bubonis adspectus intulerit, morbum satis fabulose (l. c. p. 67. f. ad Act. XII. 23. p. 335) adscribens (Allg. Bibl. l. c. p. 404), ægrotasse dicendus sit Herodes Agrippa, quem, etsi non tenue amiculum, at tunica & reliquus vestitus ab aëris injuria satis defendere poterat?

XXI. 16. Etsi per notissimam *αντιπτωσιν* dativus *μνασωνι* & sequentes vim accusativorum possunt habere, hæc tamen interpretatio compluribus displicet, nec injuria. Neque enim

ſocius itineris & comes, quem quis *ſecum habet*, commode dicitur αγεσθαι *(duci)*, ſed in iſtam ſententiam Lucas citius videtur ſcripturus fuiſſe: „proficiſcebantur autem nobiſcum & Cæſareenſium diſcipulorum aliqui 154), *&* Mnaſon quidam Cyprius, antiquus diſcipulus, cujus domum (Hieroſolymitanam) eſſet divertendum nobis." Sed in *Hombergkii* 155) ſententia, quæ eadem *Grotii, Bengelii* & hodie recepta fere eſt, *Wolfius* deſiderat cum uſu loquendi convenientiam. Et valde omnino dubitamus, an pro nomine *cum præpoſitione*, *hac omiſſa*, nomen ſolum uſurpetur accommodate ad caſum pronominis relativi. Quamquam enim Paullus Philem. 10. accuſativo ονησιμον utitur genitivi, ex præpoſitione pendentis, vice, ipſa tamen præpoſitio περι expreſſa eſt ante verba τȣ εμȣ τεκνȣ, quibus vox ονησιμȣ per appoſitionem jungenda fuiſſet. Et Rom. VI. 17. τυπον διδαχης vel pendet ex eadem 156) præpoſitione εις, quæ pronomini ὃν diſerte addita eſt, ſi quidem hanc ſtructuram ſequaris: υπηκȣσατε ΕΙΣ τυπον διδαχης ΕΙΣ ον παρεδοθητε, cum contra noſtro loco nomini Mnaſonis aliam,

154) Similiter X. 7. verbis των προσκαρτερȣντων αυτω cogitatione adjungenda eſt vox τινα, aut, ſi cum *Kypkio* (T. II. p. 47) præter militem ſervos quoque putes ſpectari, τινας. cf. *Raphelium* ex Herodoto ad XXI. 16. & Diſſ. de ſenſu vocis δικαιος §. XII. p. 26.

155) Parerg. Sacr. p. 185. ſ.

156) In hanc rationem *Joſephus* (L. VIII. Antt. jud. c. 2. §. 4. T. I. p. 419) ſcribit: συγκομιζων (τα επιτηδεια) ΕΙΣ ον ο βασιλευς διετριβε τοπον pro ΕΙΣ τοπον ΕΙΣ ον (cf. ſupra ad Act. VIII. 40) ο βασιλευς διετριβε,

aliam, ac pronomini, adjungere soleant præpositionem in hunc modum: αγοντες ΠΡΟΣ μνασωνα ΠΑΡ' ω ξενισθωμεν, neque enim dici aliquis potest αγειν τινα ΠΑΡΑ τινι, vel nulla prorsus intelligenda est præpositio, si per usitatam illam, quam supra commemoravimus, enallagen dativus τυπω propter accusativum pronominis ον in accusativum ipse versus fuerit. Utrovis modo is verborum sensus est: ex animo obtemperare soletis (cf. Diss. I. not. 50) evangelio (τυπω, aut, quod idem dicit 157), εις τυπον διδαχης), cui (εις ον 158) vos tradidistis 159), i. e. ῳ παρεστησατε εαυτους δουλους εις υπακοην (v. 16); ῳ 160) εδουλωθητε

157) v. *Kypkium* l. c. p. 167.
158) v. ad Col. III. 9. not. 11.
159) De *Kypkii* sententia, qui hæc verba accipit, proinde quasi scriptum extaret: ος παρεδοθη υμιν, v. Relat. Tub. 1790. p. 37. s. De verbi *passivi* παρεδοθητε vec preoca vi cf. παρεδοθη prius apud LXX. Es. LIII. 12. add. 1 Cor. VII. 10. s. 15. Obss. gr. p. 226. s.
160) Qui υπακοης, seu (v. 17) τυπε διδαχης obediens servus est (δουλος εστιν ω υπακουει), is servit pietati & conjunctæ saluti (δουλος εστιν υπακοης ΕΙΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ v. 16), δουλευει igitur ΤΗ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ (v. 18). Et qui re ipsa obtemperat evangelio & salutari, quam jubet, pietati, eum officia, huic domino præstita, arguunt præbuisse se obsequiosum servum (παραστησαι εαυτον δουλον εις υπακοην v. 16) evangelio, tradidisse se (v. 17) evangelio, ΔΟΥΛΩΘΗΝΑΙ (v. 18) evangelio (υπακοη, τυπω διδαχης, τη δικαιοσυνη), quum contra, qui doctrinæ de gratia salutari (v. 14. s. h. e. evangelii) *jussa*, haud profecto scelerum, sed pietatis studium injungentia (v. 2—11), nihil curat, sensusque & actus ad ea conformare negligit, (ο επιμενων τη αμαρτια v. 1), studiis & actibus suis, (eo, quod αμαρτιας δουλος sit, ῃ υπακουει, non υπακοης, seu evangelii, εις δικαιοσυνην), satis declaret, non præbuisse ipsum se obtemperaturum servum (παραστησαι

θητι (v. 18). Etenim παρεδοθητι (v. 17) verbis παριςανιτι εαυτȣς δȣλȣς εις υπακοην (v. 16) item respondet, ut υπηκȣσατε εκ καρδιας τυπω διδαχης respondet superioribus illis: εκεινȣ 161) (ητοι αμαρτιας, η υπακοης, quod posterius v. 17. assumitur,) δȣλοι εςε Ω ΥΠΑΚΟΥΕΤΕ, *re ipsa obtemperantes*, *ex animo* (εκ καρδιας v. 17) *obsequentes*, *vere*, servi estis (v. 16). Sed redeamus ad illud, unde divertimus. Quamquam igitur græcanica illa αντιπτωσις, de qua diximus, verba προς μνασωνα non sinebat convertere in μνασωνι, hoc tamen nihilo secius voluisse sibi videtur Lucas: „iter nobiscum faciebant etiam aliqui ex Cæsareensibus discipulis, ducturi 162) nos *ad Mnasonem* quemdam, ad quem hospitem divertendum esset." Hebraico enim more ipsum verbum αγειν construi poterat cum dativo, cujus index esse solet hebraica præpositio ל, græcæ προς (v. c.

και εαυτον δȣλον εις υπακοην v. 16. παραδοθηναι v. 17. δȣλωθηναι v. 18) evangelio, quamvis se venditet servum evangelii (εκεινȣ δȣλον ω ΟΥΚ υπακȣει v. 16. quippe qui serviat re & opere τη αμαρτια, non, quam dominam profiteatur, ὑπακοῇ), non vere (εκ καρδιας v. 17) addixisse ipsum se evangelio, quamvis profiteatur, se addictum evangelio & doctrinæ de salutari gratia sectatorem (υπο χαριν v. 14. f.) esse. cf. Diss. de sensu vocis δικαιος not. 55.

161) Similiter εκεινο deest XIV. 21. ante εν ω. cf. Diss. II. in ep. ad Col. p. 7. Si quis accommodate ad præcedens ȣ̃ malit supplere εκεινω (cf. LXX. Jer. III. 22. & *Krebsium* ad Marc. II. 18).), *genitivi* sequentes αμαρτιας, υπακοης certe non obstant. Eadem enim *structurae varietas* etiam IV. 12. reperitur. cf. supra p. 28. ad Marc. IV. 31.

162) cf. Act. XV. 27. Ebr. XII. 28. d). & *Grotium* in l. n.

(v. c. Gen. XXIV. 54), & multo etiam frequentius græcæ εἰς respondens, quæ ipsa etiam nomini personæ, non solum loci, quo quis ducitur, jungi potest (v. *Zeunium* ad *Vigerum* p. 576.). Similiter Lucas ipso capite XXI. Actorum scripsit ανεβη φασις ΤΩ ΧΙΛΙΑΡΧΩ (v. 31), h. e. ΠΡΟΣ sive (cf. *Kypkium* ad Rom. XVI. 19) ΕΙΣ τον χιλιαρχον, & Marcus XIV. 53. συνερχονται ΑΥΤΩ, h. e. ΠΡΟΣ αυτον.

XXVII. 23—26. Si comparemus hunc Paulli sermonem cum superiore (v. 10), tanto minus ambiguum habemus, quid de viso apostoli nobis existimandum sit. Qui enim antea, suam conjecturam, ex rebus præsentibus & ex tempore captam 163), suum ipsius judicium se sequi, candide professus fuerat, non divini, quo ad hunc sensum duceretur, moniti auctoritatem suæ sententiæ prætenderat, idem nunc contrarii sensus (v. 22. coll. v. 21. 10) principium ab angeli nocturna visione ducit (v. 23. s.), hancque non naturale somnium 164), sed *divinum*, quod fallere ipsum non possit, *monitum diserte perhibet* (v. 25), ejusque fiducia salutem omnium, qui vehantur in navi, constanter pro certa sumit (v. 34). Neque profecto tum, cum Paullus de viso divinitus ipsi dato fidenter commemoravit (v. 21. ss), eo loco res fuisse dici potest, ut credibile sit, Paullo, qui dudum ante, quam res *ab omnibus desperata* esset (v. 20), navigationi jam diffidere cœpisset (v. 21. 10), vel vigilanti spem magnam fuisse, vel dormienti somniorum visa *lætabilia* secun-

163) cf. θεωρω v. 10. cum v. 9.
164) cf. Allg. Bibl. der bibl. Litterat. T. III. p. 407. f.

cundum naturam occurrisse. Accedit, quod apostoli propria conjectura (v. 10), quamvis probabilior, non respondit, sed aperte (v. 44) fefellit 165), illud contra visum, quod Paullus *a Deo profectum* credidit (v. 25), quamvis improbabilia promisisset (v. 22. 24. coll. v. 20), *verax* tamen *fuit per omnia*. Navigantes enim non interierunt in alto, sed, quemadmodum prædixerat apostolus, *ad insulam* (v. 26), cujus suspicio non tum (cf. not 164), cum apostolus de viso exponeret, sed postea demum (v. 27. coll. v. 23) orta est, quamque conjectura ita non licuit prospicere, ut insula ne tum quidem agnosceretur a nautis, cum prope ab ea abessent (v. 39. XXVIII. 1), ejecti tandem sunt (XXVII. 26. coll. v. 43. s. XXVIII. 1), sed *navigio*, ut rursus prænunciatum fuerat (XXVII. 22), contra quam nautæ sperare cœpissent (v. 39. 40. 166), *dissoluto* atque dissipato (v. 41. 44), isque casus mirandum in modum evenit tam feliciter, ut de hominibus ducentis septuaginta sex (v. 37), quibus non modo partim metuendum fuerat (v. 30. s. 42), ne quid ipsis separatim a reliquis accideret, sed omnibus certe enatandum aliave periculi plena ratione ex mari emergendum erat (v. 43. s.), *nemo unus* periret (v. 44), quod ipsi, qui eventum præmonstraverat (v. 22, 24. 34), apostolo ante, quam viso divinitus misso edoctus esset, incredibile visum fuerat (not. 165), & in extremo discrimine, in quo omnium salus prædictionis tempore versabatur (v. 20), multo etiam minus veri simile haberi poterat.

165) v. celeberr. *Michaelis* ad v. 10.
166) v. *Raphelium* ex Xenoph. & *Kypkium* ad. v. 40.

Index

INDEX
locorum obiter illuſtratorum.

